scripsit, ullus adhuc Christianorum superfuerit, cum præsertim persecutio, qvam sub Nerone Christiani passi sunt, tam gravis fuerit, ut totum Christianorum genus ea extingvi posse videretur. Hæc paulo prolixius ex Lambecio excerpere haud gravatus sum, cum isti de bibliotheca Vindobonensi commentarii in paucorum manibus versentur, & ab aliis, qvi de hac Josephi periocha scripserunt, hactenus nondum, qvod sciam, ad examen revocata fuerint. Videntur autem mihi Lambecii interpretationes nimis longe petitæ, & tam coactæ, ut longe satius videatur, locum hunc Josephi ut spurium plane rejicere, vel saltem interpolatum agnoscere, qvam hoc modo ut genuinum defendere. Qvis enim temere præsumat, Josephum, cum Jesum sapientem Virum appellat, hoc titulo in siniſtram partem uti? Christum semel iterumqve a discipulis pro spectro habitum fuisse verum est, sed qvod Josepho hæc in mentem venerint, cum scriberet, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, persuadere mihi non possum. Et qvalis foret hæc consequentia, Christus non tam homo qvam φάντασμα potius seu spectrum fuit. Multa enim miracula patravit? Rectius hæc Josephi verba Huetius interpretatur, cum illa κατὰ χάριν & oratorio more a Josepho dicta asserit, ut prodigiorum a Jesu patratorum & beneficiorum in homines collatorum magnitudinem extolleret, ac si dixisset: tanta Christus gessit, ut Deo qvam hominibus propior videretur. Cujus explicationis illustrandæ gratia Matthiæ Corvini Pannoniæ Regis epitaphium adducit:

Corvini brevis hæc urna est, qvem magna fatentur
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.

Notamus vero & hoc, in manuscriptis exemplaribus antiqvæ versionis, qvæ Rufino tribuitur, verba hæc: εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή plane non reddi, unde non injuria aliqvis suspicari possit, verba illa ab aliena manu accessisse. Sane in codice ante 8. secula exarato, qvi penes Vossium fuit, verba hæc latine expressa non erant, ut ipse attestatur. Porro longe aliud est libenter vera suscipere, qvod Christi discipulis

Josephus tribuit, aliud fabulas & qvævis absurda cum voluptate amplecti, qvæ Lambecii explicatio est. Cum autem Josephus ait: ὁ χριστὸς οὗτος ἦν, certum est, qvod Christi nomine Jesum Nazarenum non solum a Jesu Damnei Filio, vel a Jesu Gamalielis Filio & aliis qvi isto tempore hoc nomine gaudebant distinguere voluerit, sed Christi etiam nomine Messiam intelligat. Et cum Josephus quippe Judæus Jesum pro Messia agnoscere non potuerit, non possunt ejus verba aliter interpretari, qvi hoc de Christo testimonium revera a Josepho scriptum contendunt, qvam qvod hæc verba ellipsi vocis λεγόμενος laborent. At Iosephus tali ellipsi uti non solebat. Nam Jacobum vocat fratrem Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (44.) qvemadmodum & Pilatus ad Iudæos dicebat: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν; (45.) Malim igitur cum Montacutio (46.) statuere, verba ista ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν glossema qvoddam esse & marginalem Christiani cujuspiam lectoris annotationem, Josephi textui postea a librariis insertam. Unde & a Cedreno hoc Josephi testimonium allegante omissa videas. Aut si Christi mentionem Josephus fecit, fortasse his verbis usus est: ὁ Χριστὸς οὗτος εἶναι ἐπιστεύετο. Sic enim Hieronymus videtur legisse, qvi Josephi verba ita exprimit: credebatur esse Christus. Præterea qvoqve non probabile videtur, qvod Josephus crucifixioni Christi insultare, aut Apostolorum fidem in crucifixum irridere voluerit. Qvomodo enim crucifixioni Christi insultare potuit, qvi statim addit eum a mortuis tertia die resurrexisse, qvemadmodum hæc & plura alia Prophetæ prædixerant. Qvæ verba ita sane a Josepho concepta sunt, ut non ex aliena, sed ex sua sententia loqvi videatur. Qvamobrem hæc etiam verba vel Josepho afficta, vel interpolata arbitramur. Postremo & hoc addit Lambecius, qvod Josephus historiam de Paulina qvam Decius Mundus Anubidis personam simulans in templo Isidis stupravit, testimonio suo de Christo non aliam

(44.) lib. 20. c. 8. (45.) Matth. XXVII, 17. (46.) in var. lect. ad Euseb. demonstrat. evangel. pag. 2.

am ob causam subjungat, qvam ut Christianorum fidem de Christi conceptione & nativitate tacite suggillaret. Et tamen hoc testimonium Iosephi de Christo summo jure in Iosephi operibus pro pretiosissima & vix æstimabili gemma haberi cupit, cum per illud Sacrorum Bibliorum Novi Testamenti veritas etiam hostili attestatione confirmetur. Si igitur Lambecius hoc Iosephi testimonium tanti æstimat, qvi tamen ex maligno animo & cum maximo Christianæ religionis ludibrio hæc a Iosepho dicta statuit, qvanti hoc testimonium æstimabunt, qvi insigne elogium his Iosephi verbis contineri, & Iosephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad confessionem veritatis singulari Dei virtute compulsum asserunt? Sane Abrahamus Whelocus in epistola ad Arnoldum [47.] totum potius Iosephum e medio & penitus emundo tollendum existimat, qvam ut illam nobilissimam de Christo periocham a Christiana ecclesia tolli patiamur.

Scriptorum Josephi utilitas & autovilas.

Verum cum illam Iosephi periocham adulterinam vel saltem interpolatam esse non levia prodant indicia, & neqve Christiani, qvorum fides certioribus fundamentis innititur, magnopere illo egeant, neqve Iudæi ejus autoritate moveantur, leve damnum erit, si gemma illa adulterina careamus. At Iosepho non æqve carere possumus. Nam non solum libros Veteris Testamenti, historicos egregie illustrat, sed etiam historiam ecclesiasticam Veteris testamenti, qvæ in Sacro Codice integra non extat, continuat, qvo nomine qvantum Josepho debeamus res ipsa clamat, cum e solo pæne Josepho historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti qvoad ultimas ejus periodos haurire liceat. Et vel hoc unum pro Josephi commendatione sufficit, etsi longe plura, qvæ nobilissimo huic Scriptori insigne precium conciliant, afferre possem, nisi soli lumen inferre intempestivum foret. Pessime qvidem Historicum optime de posteritate meritum excepit Jacobus Salianus in annalibus ecclesiasticis Veteris

(47.) Conferatur testim. Flavian. p. 222.

Teſtamenti, cum per omnes iſtorum annalium tomos Ioſephi reprehenſio utramqve paginam faciat. Præiverat Saliano Baronius in annalibus eccleſiaſticis novi Teſtamenti, qvippe qvi nullam Joſephi carpendi occaſionem prætermittit. Neqve benignior erga Joſephum eſt Leonis Allatii affectus. Cum enim Scaliger in prolegomenis librorum de emendatione temporum Joſephum diligentiſſimum & φιλαληθέστατον Scriptorem nominaſſet, & poſtea ſubjunxiſſet: audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, qvam omnib9 Græcis & Latinis, veriſſime qvidem id a Scaligero dictum cenſet Allatius, (48.) ſed eo tantum reſpectu, qvatenus id audacter ſe dicere pronunciat, cum extremæ audaciæ ſit, hominem denſiſſimis errorum tenebris involutum omnibus Græcis & Latinis Scriptoribus anteferre. Nolo alios recenſere, qvi Joſephum tanqvam Scriptorem futilem & nullius precii traducunt. At nec defuerunt, qvi Sanctorum Patrum veſtigiis inſiſtentes Joſephum fide dignum judicarunt, & maximum veritatis ſtudium in ejus operibus commendarunt. E qvibus Caſaubonus (49.) arbitratur, omnes Joſephi hallucinationes & ἀβλεψίας, ſi in unam ſummam contrahantur, vix centeſimam partem culparum ab Euſebio in chronicis aliisqve ſcriptis commiſſarum æqvaturas eſſe. Et, ut alios Joſephi vindices nunc omittam, nuperrime etiam Antonius Pagi Ord. Min. Convent. S. Franciſci paſſim (50.) Joſephum ab erroribus, qvorum a Baronio poſtulatus fuerat, abſolvit. Inter alia dicit, Joſephum cujus magna fides & eruditio in iis, qvæ narrat, eluceſcit, juſto inclementius a Baronio tractari, ejusqve diligentiam in notatione temporum ſpectatiſſimam in iis qvæ ſine ipſo Euſebius ignoraſſet, ex Euſebio corrigi non poſſe. Fatemur tamen, Joſephum ut hominem, & Judæum inſuper, multis erroribus obnoxium fuiſſe. Unum atqve alterum tantum notabimus. Libro 12. anti-

Joſephi errores & nævi.

(48.) not. ad Euſtath. p. 11. (49.) exercit. 12. ad Baron. p. 170. (50.) Conf. ejus Criticam ad annal. Baron. in apparat. n. 134. & 135. it. ad A. C. 14. n. 3.

antiqvitatum c. 13. Polybium reprehendit, qvod Antiochum Epiphanem ob ſacrilegii conatum periiſſe dicat, cum ſacrilegium voluiſſe non videatur res digna ſupplicio, niſi voluntas iſta perficiatur. Qvam ſententiam ne qvidem in ſoli *foro* ſimpliciter tolerari poſſe Rainoldus (51.) animadvertit. Qvamvis enim ob peccata cogitationis neminem pœnam pati Ulpianus pronuntiet, conatus tamen alicujus ſceleris etiam humano judicio vindicatur. Qvanto minus ergo conatus ſacrilegii coram divino tribunali impunis erit? unde hac in parte etiam gentiles qvosdam plus vidiſſe qvam Joſephum, & alios Judæos Chriſto coævos, Ludovicus Ferrandus (52.) obſervavit. Nimirum Joſephus, ut Cunæi judicium repetamus (53.) Autor omni laude dignus, & cui poſt ſacrorum voluminum Scriptores prima eſſe debet fides, etſi gravitate ſuper cunctos Judæos eminet, tamen haud ubiqve a deliramentis abhorret popularium ſuorum. Adducit Cunæus ejus rei ſpecimen ex hiſtoria Caini, in qvo Joſephus agriculturæ ſtudium, tanqvam ex lucri odore profectum & cum magna terræ injuria conjunctum damnat, unde etiam ejus muneribus per ſacrificium oblatis Deum delectari non potuiſſe ſcribit, cum non ſponte nata ſed labore hominis avari veluti pervim producta fuerint. In qva ſententia Joſephum rationem fugiſſe etiam Bœclerus notavit, (54.) qvi præterea Joſephum in hiſtoria creationis & lapſus ſæpius impegiſſe & Moſis verba ob κάλυμμα ἰουδαϊκὸν oculis incumbens minus intellecta ad ſeqviores interpretationes deflexiſſe demonſtravit. Porro ad errores Joſephi referenda ſunt, qvæ de arte Dæmones virtute radicis annulo incluſæ per nares extrahendi, & ab obſeſſis profligandi tanqvam ſingulari ſapientiſſimi Regis Salomonis invento libr. 8. Antiqvit. c. 2. retulit. Radicem autem illam dum alibi deſcribit, (55.) aliam etiam errorem addit, cum ait, Dæmonia eſſe hominum impiorum ſpiritus, qvos vivis immergi, & eos, qvibus ſubventum non fuerit, necare tradit. Qvam opinionem ex Magorum diſciplina hauſtam

eſſe

(51.) de apocryph tom. 2. p. 818. (52.) in Pſalm libr. p. 334. (53.) libr. 3. de Rep. Hebr. p. 373. 374. (54.) exercit. in Fl. Joſeph. (55.) lib. 7. de bell. Judaic. c. 23. vel 25. p. 981.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse ἔιδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum transtulerit. Non probandum qvoqve in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose commune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis obliqve legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent, qvasi divina aliqva forte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejusmodi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per mare transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ itinere comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, qvanto magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Iosephi lectione diligenter versati sunt, qvod etiam de aliis divinis miraculis subdubitanter & frigidius loqvatur, qvam Sacræ Scripturæ autoritas postulet. Historiam enim Ionæ a ceto devorati & post triduum redditi his verbis concludit, διεξῆλ-

(56.) c. 57. de anima: (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. antiqvit. c. 7. (59.) in Alexand. p. 673.

διεξῆλθον ὅ τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, ὡς εἶχον ἀναγεγραμμένην, hæc de eo ſic retulimus ut invenimus in commentariis. (60.) Qvali epiphonemate etiam decimum Antiqvitatum librum concludit, dum ait, ſe hæc, ut invenerit, in literas retuliſſe, & cuilibet integrum relinqvere, ut diverſam, ſi velit, opinionem ſeqvatur. Enimvero nonnunqvam veritatis amorem in Joſepho nimium Gentilibus placendi ſtudium corrupit. Qvorſum & illud referendum, qvod libro 2. contra Apionem ſcribit, [61.] ſupremum Legislatorem aperte Iudæis interdixiſſe, ne Deos ab aliis cultos riderent aut blaſphemarent. Ubi autem Deus hanc legem ſanxit, ne qvisqvam illis malediceret, qvos aliarum gentium opinio Deos confinxit? Reſpexit forte ad legem, qvæ Deos execrari vetat. [62.] Verum iſtud edictum non ad Gentilium idola, ſed ad Magiſtratus Dei in terra Vicarios pertinet, ut jamolim Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Apoſtatam oſtendit. [63.] Si vero Ioſephus ad legem de Diis Gentilium ore non memorandis aut nominandis, qvæ Exod. cap. 23. v. 13. legitur, reſpexit, ne ſic qvidem probare poterit, convicia in Deos Gentilium Divina lege prohibita fuiſſe, ut fuſe Seldenus (64.) demonſtravit. Neqve hic diſſimulanda eſt pudenda illa Joſephi adulatio, qva oracula de regno Meſſiæ ad Veſpaſianum applicuit. Cum enim in ſacris literis prædictum fuiſſet, iſtis circiter temporibus qvendam ex Judæorum finibus profectum orbem terrarum imperio potiturum, id in Veſpaſiano implendum dicere Joſephus non dubitavit. (65.) Et toto qvidem oriente vetus illa & conſtans fama percrebuerat, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur, qvam de Imperatore Romano & imprimis de Veſpaſiano & Tito qvod interpretati fuerint Svetonius, (66.) & Tacitus, (67.) minus mirandum eſt, cum & ipſe Joſephus ſacro illo oracului Veſpaſianum, qvi apud Judæam Imperator creatus eſt, deſignatum ſcripſerit, (68.) a reliqvis Judæis hic diſſentiens, qvi

(60.) lib. 9. Antiqvit. c. 11. (61.) p. 1077. (62.) Exod. XXII, 28. (63.) libr. 7. contr. Julian. (64.) de jur. nat. & gent. libr. 2. c. 13. (65.) Euſeb. libr. 3. c. 8. Zonar. libr. XI. annal. c. 16. (66.) in Veſpaſ. c. 4. (67.) libr. 5. hiſtor. (68.) libr. 7. de bell. Judaic. c. 12. vel 31. p. 961.

qvi oraculum illud ad se spectare rati se tanto fortius Romanis oppoſuerunt. Non satis ergo erat Iosepho, cum in castro Jotapata captus esset, imperium Romanum Vespasiano prædicere, nisi ipsum etiam terræ marisque & totius humani generis Dominum futurum prædixisset. (69.) Rectius autem vulgatum illud toto oriente oraculum de Iesu nostro explicari debuisse Hegesippus (70.) & alii notarunt. Sed nolo jam recensendis Iosephi erroribus diutius immorari, qvos multos esse non diffiteor. Fatendum tamen & illud, multos Iosepho errores tribui, qvi potius librariis vel interpretibus tribui debuissent. Sane numeros in Iosephi operibus scriptorum vitio sæpe vitiatos deprehendit Constantinus L' Empereur [71.] Et nonnunquam Iosephus ex ipso Iosepho corrigi potest. Nonnulla enim in libris contra Apionem rectius scripta sunt, qvam in libris Originum scripta fuerant, ut Scaliger in notis ad selecta fragementa veterum Græcorum uno alteroque exemplo probatum dedit. (72.) Nec defuerunt, qui Iosephum agraviorum qvorundam errorum culpa liberarent. Qvid freqventius qvam Iosepho objicere, qvod a Matthæo dissentiat, dicente, Tetrarcham Herodem Fratris sui Philippi Conjugem Herodiadem rapuisse? Iosephus enim Herodiadem non Philippi sed alterius Herodis uxorem fuisse dicit. Atqve hinc, ut Sanctis Evangelistis veritas sua constet, qvamplurimi Iosephum ignorantiæ & oblivionis arguunt, & in hac de raptu Herodiadis historia vel Gorionidem ab Herodum ætate longe remotissimum Flavio nostro Iosepho in cognoscenda veritate perspicaciorem fuisse contendunt. Qvamvis autem Iosephus in hac causa etiam a Casaubono, qvem in aliis gravissimum sui vindicem expertus est, desertus fuerit, fuerunt tamen qvi insanabili huic qvod videbatur, vulneri medicam manum adhiberent. Cum enim Iosephum in Herodum historia accuratissime versatum constet, non permittendum censuerunt, ut in hac Herodiadis historia mendacii argueretur. Et parum qvidem

(69.) libr. 3. de B. J. c. 27. p. 854. (70.) libr. 5. de excid. Hierosolym. c. 45. (71.) in notis ad Middoth. c. 4. sect. 3. p. 145. (72.) p. 9. & 18.

qvidem abfuit, qvin nonnulli ex Joſepho Evangeliſtas corrigere auderent. Legitur enim in Scaligerianis, qvæ Jacobus & Petrus Fratres Puteani ex Scaligeri ore excerpſerunt, veteres Chriſtianos multa in Novo Teſtamento addidiſſe, & forte hic etiam aliqvid mutaſſe. (73.) Verum deſperato iſto remedio non opus eſt, cum non deſit commoda ratio Joſephum cum Evangeliſtis conciliandi, qvæ apud Grotium, (74.) Noldium (75.) & alios videri poterit. Qvantum ad hiſtoriam infanticidii Bethlehemitici attinet a Joſepho omiſſam, Scaliger in prædictis excerptis Chriſtianos potius alicujus additionis ad hiſtoriam Evangelicam, qvam Joſephum alicujus omiſſionis arguere videtur. Voſſius autem in chronologia ſacra, qvam ad mentem veterum Hebræorum & præcipue Joſephi expoſuit, non ſe mirari dicit, qvod Joſephus infanticidii illius hiſtoriam prætermiſerit, cum poſt tot crudelitatis exempla Hieroſolymis & per totam Palæſtinam edita, poſt ſublatos diverſis ſupplicüs tot filios, uxores, proximos, & amicos non magna res fuiſſe videatur, qvod Herodes unius vici & adhærentis territorii infantes ſuſtulerit, qvorum ſtragem non adeo magnam fuiſſe putat, cum non omnes, ſed mares tantum, & qvi intra bimatum eſſent, cæſi fuerint. Qvod autem Macrobius libr. 2. Saturnal. c. 4. retulit, Imperatorem Auguſtum cum inter pueros, qvos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum juſſit interfici, filium qvoq; ejus occiſum audiviſſet, dixiſſe: melius eſt Herodis porcum eſſe qvam filium, id Voſſius merum figmentum eſſe cenſet, cum Herodis filii, qvi a Patre interempti ſunt, omnes adoleſcentiam jam exuerint, ideoqve illud Auguſti ſcomma ad infanticidium Bethlehemiticum non pertineat. Sed eſto, ad fabulas referri debere, qvod inter infantes ab Herode occiſos aliqvis ex Herodis filiis fuerit, omnino tamen mirandum videtur, Macrobium Gentilem de infantibus intra bimatum ab Herode occiſis aliqvid memoraſſe, & Joſephum Judæum, qvi illorum temporum hiſtoriam magna diligentia perſecutus eſt, ſtragem illam Bethlehemiticam ſilentio in-

f volve-

(73.) p. 177. (74.) annot. ad Matth. (75.) in hiſtor. Idum. p. 204. & ſeq.

volvere, qvæ non unicum tantum vicum, sed etiam totum circumjacens territorium pervasit.

Nova editio Josephi.

Qvamvis autem nonnulla in Josepho sint, qvæ omnem excusationem aut defensionem respuant, cœtera tamen ita comparata sunt, ut avidissimos lectores merito suo semper invenerit. Qvamobrem cum Græco-Latina Josephi exemplaria, qvibus Bibliopolarum officinæ jampridem caruerunt, a plurimis eruditis desiderari animadverteret Vir integerrimus & sumtibus in novas Sanctorum qvorundam Patrum aliorumqve bonorum Autorum editiones hactenus erogatis spectatissimus MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS, cœteris in bonos libros meritis & hoc addidit, ut Josephi opera Græco-Latine impensis suis denuo imprimi & novam insuper appendicem adjici curaret. In ista appendice primum exhibetur ARISTEÆ liber de 70. Interpretibus. Cum enim Josephus in suis antiqvitatibus illam Aristeæ narrationem velut in compendio referat, & ipse Aristeas in paucorum manibus versetur, visum fuit operæ pretium, Josephi operibus Aristeam adjungere. Fuit autem Aristeas e Ministris Ptolemæi Philadelphi Regis Ægyptii, quem Hieronymus (76.) Ptolemæi ὑπερασπιστὴν appellat, quam vocem non fideliter interpretatur Hugo Cardinalis, cum ait hoc vocabulo fidelem interpretem notari ab hyper i.e. valde & pistis i.e. fides. Nec minus lepida est altera interpretatio, qva hyperaspistes est Notarius, ab hyper i.e. super & pistan assistens. Utramqve deridet Erasmus, (77.) cum ὑπερασπιστὴς satellitem seu protectorem significet, qvia satellites ἀσπίδων seu clypei objectu Regum corpora tegebant. Neqve tamen e vulgari satellitio Aristeas fuit. Andreas enim, qvi una cum Aristea Ptolemæi Regis nomine ad Judæos ablegatus fuit, in literis Regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum Ἀρχισωματοφύλακων titulo ornatur. Si igitur etiam Aristeas Regis corporis custodiam habuit, qvod Josephus asserit, [78.] ipse qvoqve inter præcipuos Regii corporis custodes numerandus erit. Sane Ptolemæus &

Appendix Aristeas.

(76.) præfat. in Pentateuchum seu epistol. 104. (77.) Tom. IV. Oper. Hieron. p. 6. (78.) libr. 2. contr. Apion. p. 1064.

us & Andream & Aristeam in magno apud se honore constitutos asserit. Hujus autem Aristeæ & historiæ, qvam composuit de LXX. Interpretibus, præter Josephum & Hieronymum etiam Tertullianus, [79.] Eusebius, [80.] Epiphanius, [81.] Syncellus [82.] & alii meminerunt. Prodiit ille Aristeæ liber a Matthia Palmerio latine redditus Basileæ anno 1536. apud Iohannem Bebelium una cum Olympiodori in Ecclesiasten commentario, & Gregorii Neocæsarienſis in eundem Ecclesiasten metaphrasi. Et hæc Palmerii versio etiam micropresbytico seu syntagmati veterum qvorundam Theologorum, qvod Basileæ anno 1550. Henricus Petri in lucem publicam emisit, nec non Bibliothecæ Patrum (83.) inserta legitur. Sichardus autem cum Palmerii versionem minus accuratam deprehenderet, de nova adornanda cogitabat, qvod consilium postea mutavit, cum hunc laborem a Matthia Garbitio præoccupatum intelligeret, cujus versionem Basileæ anno 1561. una cum græco Aristeæ textu Oporinus excudit. Postea etiam Iacobus Middendorpius Aristeam ex græcis manuscriptis & latinis codicibus restituit, & commentario suo illustravit, qvæ editio Coloniæ anno 1578. in lucem prodiit. Atqve ut de Germanicis, Italicis & Gallicis versionibus taceam, etiam in Hebraicum sermonem hanc Aristeæ historiam transtulit R. Azarias de Rubeis, qvi hunc Aristeæ tractatum Hadrath Zekenim seu decorem senum inscripsit, & libro Meor Enajim inclusit. (84.) Num vero ista narratio de 70. Interpretibus vere a Ministro qvodam Ptolemæi Philadelphi, qvi Aristeæ nomen gessit, scripta, an ab impostore qvodam sub Aristeæ nomine conficta fuerit, de eo non inter omnes æqve convenit. Alii enim cum Isaaco Vossio (85.) priorem, alii cum Josepho Scaligero (86.) posteriorem sententiam defendunt. Peculiari tractatu paucis abhinc annis hoc argumentum discussit Humfredus Hody, qvi qvidem librum Aristeæ, qvalis

(79.) Apolog. c. 18. (80.) libr. 3. de præparat. evangel. c. 1. & seqv. (81.) de ponder. & mensur. c. 9. & seqv. (82.) chronogr. p. 273. (83.) edit. Paris. tom. 7. Colon. tom. 1. & Lugdun. tom. 2. (84.) Bartolocc. Bibliothec. Rabbin. tom. 1. p. 437. seqv. (85.) de 70. Interpret. c. 4. (86.) ad Chronic. Euseb. p. 133.

hodie ſupereſt, non diverſum eſſe ab eo, ex qvo Joſephus & Euſebius hiſtoriam de 70. Interpretibus retulerunt, ipſam autem hiſtoriam jam ante Joſephi ætatem ſub Ariſteæ nomine a Judæo qvodam confictam eſſe pluribus argumentis demonſtrare contendit. Noſtrum jam non eſt tantas componere lites. Qvæ in appendice Ioſephi noſtri ſeqvuntur notæ ad epitomen Ariſteæ vel Ariſtæi a Joſepho excerptam debentur Juveni non vulgaris induſtriæ & eruditionis JOHANNI ALBERTO FABRICIO, a qvo etiam novam Apocryphorum editionem propediem expectamus. Notas illas, cum & breves ſint, & eruditæ, perlegere nec moleſtum, nec inutile fuerit. Varias lectiones librorum de bello Judaico & libelli de Maccabæis ex manuſcripto bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ collegit Excellentiſſimi Bibliothecarii heu nuper defuncti, ſed tamen in Academia noſtra & Orbe toto literato eruditionis fama immortaliter victuri Filius non degener JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS, qvas Joſephi lectoribus non ingratas fore arbitramur cum illarum collatio locis nonnullis obſcurioribus lucem afferre poſſit. Imprimis autem in libro de Imperio rationis manuſcriptus ille codex integris periodis auctior ab editis multum differre deprehenditur, qvod jam ſupra monuimus & ipſa collatio oſtendit. Ejusdem libelli de Maccabæis verſionem novam a Combefiſio elaboratam propterea addere voluimus, qvia Eraſmi paraphraſis ſupra exhibita a Græco textu nimium diſcrepat. Nusqvam enim in græco textu leguntur nomina fratrum Maccabæorum, qvæ Eraſmus in ſua paraphraſi expreſſit neſcio unde hauſta. Neqve in græco textu Ioſephus hæc de Maccabæis ex ſacris Literis ſe accepiſſe dicit, qvod in latinæ paraphraſeos epilogo legitur, ut plura alia taceamus. Unde & in Eraſmum invehitur Combefiſius, qvod nova ſua pro Ioſephi antiqvis venditaverit, & ſub paraphraſeos ſpecie multa infarſerit a Joſephi verbis aliena, diuqve ſibi in votis fuiſſe dicit, ut eruditus qvispiam & græcæ

Notæ ad epitomen Ariſteæ.

Variæ Lectiones ex MSC. Lipſ.

Liber de Maccabæis cum verſione & notis Combefiſii.

græce doctus egregiam hanc Josephi lucubrationem Latine redderet, cum Erasmus in sua paraphrasi sui potius ingenii speculationes, qvam Josephi verba expresserit. Dum autem Combefisius ita se gerit, qvasi nemo hunc tractatum ante se ita interpretatus fuerit, ut latina græcis respondeant, ignorasse videtur, qvod in nonnullis Josephi editionibus nempe in editione Basileensi anni 1567. Coloniensi anni 1593. & qvibusdam aliis non Erasmi paraphrasis, sed alia nescio cujus interpretis versio legatur, qvæ ad græcum textum propius accedit. Initium illius versionis jam supra, ubi de Latinis Josephi editionibus actum est, indicavimus. Præterea in editione apocryphorum Basileensi, qvæ ex Officina Brylingeriana anno 1582. prodiit, adhuc alia versio legitur, quæ sic incipit: Studiosissimum sapientiæ sermonē declaraturus. Non est igitur qvod Combefisius, & Andillius Gallicus Josephi interpres qverantur, libelli de Maccabæis nullam aliam interpretationem hactenus extitisse, qvam illam Erasmi paraphrasin. Deprompsimus autem novam, qvam in hac Josephi appendice damus, Combefisii versionem cum ejusdem notis & animadversionibus ad hunc tractatum ex novissimo, qvod vocat, bibliothecæ Patrum Græco-Latinorum auctario, qvod anno 1672. Parisiis vulgatum est. In postremam appendicis partem rejecimus fragmentum ex Josephi paræneſi ad Græcos, qvæ inscribitur de causa universi contra Platonem. Tractatum illum περὶ παντὸς integrum habuit & legit Photius, ut in bibliotheca sua testatur, (87.) ubi refert hunc librum in qvibusdam exemplaribus sic inscriptum: περὶ τῆς τ' παντὸς αἰτίας, in aliis περὶ τῆς & παντὸς ὑσίας. Duos vero libellos fuisse docet, qvibus Autor Platonem secum pugnare docuerit, Alcinoum qvoqve de anima, materia & resurrectione ut absurda & falsa differentem reprehenderit, & Judæorum nationem qvam Græcorum antiqviorem fuisse tradiderit. Dicit autem hunc tractatum ab aliis Josepho, ab aliis Justino Martyri, ab aliis Irenæo adscriptum fuisse

Fragmentum ex libro περὶ παντὸς.

(87.) cod. 48.

isse. Ipse autem in eam sententiam inclinat, qvod hic liber a Cajo Presbytero Romano script⁹ fuerit, cum & in παλαιογραφαῖς marginalibus Codicis sui Caji nomen adscriptum invenerit, & Cajus in Labyrintho suo se libri de universi natura autorem professus fuerit. Josepho qvo minus hunc tractatum tribuere velit, duas imprimis rationes obstare sibi profitetur, unam qvidem, qvod Autor de homine & anima ita differat, ut ejus discursus Hebræorum de natura hominis doctrinæ minus convenire videantur; altera vero, qvod de Christo ὡς ἔγνωσα, hoc est juxta Schottum aptissime, seu ut Tanaqvillus Faber (88.) maluit, ad nostrum ferme modum seu proxime ad Christianorum fidem differuerit, κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγξόμενος, λόγιον ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων, & ipsam Christi appellationem explicans, & inenarrabilem ejus ex Patre generationem describens, qvod a Josepho Judæo alienum esse res ipsa demonstrat. Non defuerunt tamen, qui adhuc Josepho tractatum illum vindicarent. In his Iohannes Zonaras, (89.) cum Iosephi de Christo testimonium adduxisset, subjungit, eundem Iosephum ἐν τῷ πρὸς ἕλληνας λόγῳ, ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, seu in oratione ad Græcos, qvæ contra Platonem inscribitur de universi causa Christum ut mundi Iudicem inducere, ejusq; tractatus, ex qvo verba qvædam adducit, etiam Damascenum in suis parallelis meminisse. Et Arnold⁹ Peraxylus Arleni⁹, qvi Iosephi opera Græce primus edidit, non sufficientes rationes a Photio adductas existimat, ob qvas Josepho hoc opus abjudicari debeat, cum Josephus etiam in libris Originum ita de Christo ejusqve operibus & miraculis differat, ut eundem virum vel hominem vix appellare audeat, & tacito suffragio ejus divinitatem veneretur. Qva de re qvid sentiendum sit, superius ostensum fuit. Promittebat autem idem Arlenius, (90.) se propediem istum tractatum cum Studiosis communicaturum. Sed promissa non servavit. David autem Hœschelius cum Photii bibliothecam Græce ederet & notis illustraret, fragmentum hujus tractatus ex Italia a Maximo Margunio ad se missum notis inseruit, cui etsi Josephi titulum præfixerit,

(88.) part. 1. epistol. pag. 141. (89.) libr. 6. annal. c. 4. (90.) præfat. ad oper. Joseph.

rit, non injuria tamen dubitari posse statuit, an Josephum Autorem habeat, cum a Christiano potius homine scriptum videatur (91.) Post Hœschelium, Stephanus le Moyne in variis suis sacris (92.) fragmentum illud iterum vulgavit, non amplius Josephi, sed Hippolyti nomine signatum. Cum enim anno 1551. non procul ab æde Laurentiana extra muros marmorea Hippolyti statua effoderetur, qvæ postea in Vaticanam bibliothecam translata fuit, præter Hippolyti canonem Paschalem in hac statua repertus fuit librorum ab Hippolyto scriptorum catalogus, in qvo & hoc opus observare licet:

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ,

Qvamobrem non amplius dubitandum censet Monachius, qvin hoc opus, cujus insigne fragmentum supersit, Hippolyto tribui debeat: Cur autem hoc opus olim a nonnullis Josepho tributum fuerit, duas affert causas. Prima est, qvod Josephus (93.) promiserit, se peculiari opere περὶ ἀϊδίας Θεοῦ acturum; Altera, qvod qvæ in hoc fragmento de statu & loco animarum separatarum referuntur, cum iis conveniant, qvæ Josephus περὶ τοῦ Ἅδου tradidit. Possit & tertia addi ex styli æqvalitate, qvam Photius observavit. Addimus & qvartam ex Dodwello (94.) qvi hunc περὶ παντὸς tractatum a Cajo (hunc enim Autorem esse putat, non Hippolytum) ex multis Autoribus & qvidem propriis Autorum verbis collectum fuisse putat, qvemadmodum & Macrobius ipsa Gellii aliorumqve Autorum verba suppressis nominibus describat. Videtur autem ipsi verisimile, Cajum etiam nonnulla ex Josepho in librum istum transcripsisse. Certe Photius indicat autorem illius libri inter alia Judæos Græcis antiquiores demonstrasse. Ea autem quæ de Judaicæ gentis antiqvitate disseruit, commode ex Josephi libris contra Apionem transcribere potuit. Forte etiam ex Josepho hausit, qvæ de mundi opificio breviter disseruit. Nam de hoc etiam argumento Autorem hujus operis tractasse ex Photio discimus. Cum autem ex variis Autoribus hoc opus collectum fuerit, qvorum nomina forte vel ipse Autor, vel librarius qvispiam nonnunqvam in margine notavit, hinc illud opus modo Josepho, modo Justino, modo Irenæo, modo aliis adscriptum fuit. Qvamvis autem Josephus ad calcem suarum antiqvitatum promiserit, se in qvadripartito volumine de sectis Judæorum etiam de Deo ejusqve substantia acturum, opus tamen illud a Josepho non absolutum fuisse Dodwellus suspicatur. Cum enim Epaphroditus anno post editam Josephi ἀρχαιολογίαν proximo, nempe anno Domitiani penultimo, Christi 95. perierit, & Josephus infensissimos e gente sua hostes habuerit, conjicit istos Patroni casum in ipsius qvoqve Josephi perniciem convertisse, adeoqve Josephum Epaphrodito haud diu superstitem fuisse. Cœterum cum fragmentum libri περὶ παντὸς sub Josephi nomine editum olim fuerit, ei in hac appendice operum Josephi locum aliqvem concedere voluimus. Qvod superest, benevolum Lectorem rogamus, ut qvalemcunqve hanc Josephi editionem boni consulat, donec vel novi Bertrami, Scaligeri, Cunæi, Petiti, Bigotii, Bosii, Monachii excitentur, vel Clarissimus Bernardus cum Josepho suo in gratiam redeat.

Scripsi Lipsiæ A. C. 1691. ante nundinas vernales.

(91.) not. ad Phot. bibl. p. 923. (92.) pag. 53. tom. 1. (93.) libr. 20. antiqu. c. ult. (94.) diss. 6. ad Irenæum.

ILLUSTRISSIMO

PRINCIPI FRIDERICO V.

COMITI PALATINO AD RHENUM,

ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS

hæredi, Bavariæ Duci, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

FLAVII Josephi Helleniſtarum Judæorum cum eruditione, tum eloqventia facile principis hiſtorica monumenta prælo meo excuſa, Princeps Illuſtriſſime, ad T. C. humiliter adfero. Sicut enim ſcriptorum eſt quæ honeſta ſunt & ſeculis profutura literis prodere: ita & in immenſo aliorum ſuper alios acervatorum librorũ cumulo typographorum intereſt laudabiles & bonæ frugis ſcriptores in lucem mittere redivivos, & adverſus Zoilos potentium patronorum tutelæ committere. multiplex vero mihi cauſa fuit cur ad T. C. noſter confugeret Joſephus: namqve primum tota operis πραγματεία de rebus eſt quæ a Principe cognoſcantur digniſſimis; ipſa nempe mundani Syſtematis divina conſtitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Moſaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, qvæ olim orbem rexerunt, imperio & aliis, qvæ qvatuor millium annorum hiſtoriam implent autoris & eo nomine apud Principes gratioſi, qvod non ex infimis literatorum ſubſelliis ad hæc ſcribenda prodierit terræ filius; ſed ex regio Haſmonæorum ſangvine oriundus, & primaria ſacerdotum inter Judæos familia, cum in adoleſcentia ad miraculum uſqve in literarum ſtudio profeciſſet, juventutem rebus gerendis & bello, qvod cum Romanis geſſere Judæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, conſilio & manu æqve promptus, ætate vero provectiori otium Romæ nactus ea literis mandavit, qvæ literarum cognitione & uſu didicerat, vir cæteroqvin Imperatoribus Veſpaſiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptiſſimus. Verum acceſſit & alia cauſa cur Joſephum coram T. C. ſiſterem, beneficium qvod tuæ C. debeo, ob manuſcriptorum tuæ electoralis Bibliothecæ codicum Joſephi liberalem uſum, quem annuente primario noſtræ ætatis Philologo Jano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetravit ſingulari ſua humanitate nobiliſſimus & eruditiſſimus JCtus Marquardus Freherus Tuæ C. Conſiliarius. Sed qvia in hoc autore excudendo longius proceſſeram cum membranas conſecutus ſum, & multi aſſidua interpellatione ut qvam primum Joſephum Græce, publici juris iterum facerem efflagitabant, qvod editionis Baſilienſis qvæ ante LXVII. annos unica prodiit, nullum exemplar ſupereſſet; hortantibus ceſſi, qvorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones ejus qvi manuſcripta excuſſit ſtudio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T. C. tuorumqve beneficio ſim adjutus C. T. patrocinio Joſephum hiſtoricum Principe non indignum jure meritoqve dedico, demiſſe rogans ut qvemadmodum Titus Imperat. autorem libros ſuos περὶ ἀλώσεως offerentem benigne admiſit, probavit, & Bibliothecæ ſuæ inſeri juſſit; ita Joſephum noſtrum clementi vultu T. C. accipiat; & in ſua perinſigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria ſuppeditavit, ut emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipſe interim Deum Opt. Max. a qvo eſt omnis antiſtatus in terris, ſupplex orabo ut det T. C. vitam prolixam, Principatum ſecurum, & qvæcunqve boni Principis vota ſunt.

Tuæ Celſitudinis ſervus addictiſſimus

PETRUS ROVERIANUS
Typographus.

DE IO-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI DE BELLO JUDAICO, LIBER PRIMUS.

Interprete Rufino Aquilejensi, ad Græcum collati & emendati per Sigismundum Gelenium.

A

Ἐπειδὴ τὰ ἰουδαίων πρὸς ῥωμαίους πόλεμον συμβαίνει μέγιστον, ἃ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὅσων ἡμεῖς ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συμβαλόντων, οἱ μὲν ἀτυχοῦντες τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες, ἰδίαις ἑαυτῶν συμφωνα διηγήμασι τὰς φήμας ἀναγράφουσιν οἱ δὲ παρόντες, ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς ῥωμαίους, ἢ μίσει τοῦ πρὸς ἰουδαίους κατ' ἀμφότερα τῶν πραγμάτων, ἀεί τι αὐτοῖς ὑπὸ μὲν κατηγορίαν, ὑπὸ δὲ ἔπαινον τὰ συγγράμματα, τῇ ἀκριβείᾳ τῆς ἱστορίας οὐδαμοῦ, πρὸς τὸ μεῖον εἴωθεν τοῖς κατὰ τῶν ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλοῦν, ἃ τοῖς ἄνωθεν βαρβάροις τῇ πατρίῳ φωνῇ ἀξίως ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι, ἰώσηπος ματθίου παῖς, ἕλλην ἑβραῖος, ἐξ ἱεροσολύμων, ἱερεύς, αὐτός τε ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ὑπ' ἀνάγκης ἐξ ἀνάγκης. ἦν μὲν γὰρ ὡς ἔφην μεγίστη καὶ δὴ καὶ κινήματος, ἐν ῥωμαίοις μὲν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, ἰουδαίων τε τὸ νεωτερίζον ἐπὶ, παραχρημένοις ἐπιτρέψη τοῖς καιροῖς, ἀκμάζον καὶ χεῖρα ἔχειν παν, ὡς δι' ὑπερβολὴν θορύβων, τοῖς μὲν, ἐν ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δ' ἐν ἀφαιρέσεως δέει γενέσθαι πρὸς τὸ ἀναπαλαιῶ. ἐπειδὴ ἰουδαίοι μὲν ἅπαν τὸ ὑπὲρ εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῖν συνεπαρήσεσθαι φίσιν ἠλπίσαν, ῥωμαίους δὲ οἱ πέριξ γείτονες γαλάται παρεκίνουν, καὶ τὸ κελτικὸν οὐκ ἄρρεμές, μεστὰ δὲ λῃστῶν πάντα θορύβων μὴ νέρωνα, καὶ πολλοὺς μὲν βασιλείαν ὁ καιρὸς ἀνέπειθε, τὰ γραμματικὰ δὲ ἤρεσκε μεταβολῆς, ἐλπίδι λημμάτων. ἄτοπον δὲν ἡγησάμην περιιδεῖν πλαζομένων ὑπὸ τηλικούτοις πράγμασι τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάρθους μὲν, καὶ βαβυλωνίους, ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω, καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῖν, ἀδιαβήτους τὰ γνῶναι δι' ἀκρίβειαν ἀκριβῶς, ὅσην τε ἦρξαν, καὶ δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος, καὶ ὅπως κατέστρεψεν; ἀγνοεῖν δὲ ἕλληνας ταῦτα καὶ ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσαμένους, ἐντυγχάνοντας ἢ κολακείαις, ἢ πλάσμασι. καίτοι ἱστορίας αὐτοὺς ὑπογράφειν τολμῶσιν ἐν αἷς πρὸς

PROLOGUS.

Quoniam bellum, qvod cum populo Romano gessere Judæi, omnium maximum, qvæ nostra ætas vidit, qvæqve auditu percepimus, civitates cum civitatibus gentesve commisisse cum gentibus: qvidam, non qvod rebus interfuerint, sed vana & incongrua narrantium sermones auribus colligentes, oratorum more perscribunt: qvi vero præsto fuerunt, aut Romanorum obseqvio, aut odio Judæorum contra fidem rerum falsa confirmant: scriptis autem eorum partim accusatio, partim laudatio continetur: nusqvam vero exacta fides reperitur historiæ: idcirco statui, qvæ retro barbaris antea misi, patria lingva digesta, Græce nunc his, qvi Romano Imperio reguntur, exponere, ego Josephus Matathiæ filius Hebræus genere, sacerdos ex Hierosolymis: qvi & initio cum Romanis confixi, posteaq; gestis, qvia necessitas exegit, interfui. Nam cum hoc, ut dixi, bellum gravissimum exortum est, Romanorum qvidem populum domesticus motus habebat: Judæorum autem, qvi ætate validi, & ingenio turbulenti erant, manu simul ac pecunia vigentes adeo temporibus insolenter abusi sunt, ut pro tumultus magnitudine, hos possidendarum spes, illos amittendarum partium Orientis metus invaderet. Qvoniam Judæi qvidem cunctos etiam, qvi trans Euphratem essent, gentiles suos, secum rebellaturos esse crediderant. Romanos autem & finitimi Galli irritabant: nec Germani qviescebant: diffensionumqve plena erant omnia post Neronem: & multi qvidem temporum occasione Imperium affectabant: lucri autem cupidine exercitus rerum novandarum cupidi erant, Itaq; indignum esse duxi, errantem in tantis rebus dissimulari veritatem: & Parthos quidem, ac Babylonios, Arabumq; remotissimos & ultra Euphratem gentis nostræ incolas, itemq; Adiabenos, mea diligentia vere cognoscere, unde cœpisset bellum, quantisq; cladibus constitisset, qvove modo desiisset: Græcos vero & Romanorum aliqui, qui militiam secuti non essent, figmentis sive adulationibus captos, ista nescire. Atqvi historias audent eas inscribere, qui præter hoc (ut mihi quidem videtur) qvod

nihil fani referunt, etiam de proposito decidunt. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere, Judæorum res extenuant, & in humilitatem dejiciunt. Non autem intelligo, qvonam pacto magni esse videantur, qvi parva superaverint. Et neqve longi temporis eos pudet, qvo bellum tractum est: neqve multitudinis Romanorum, qvam in ea militia labor exercuit: neqve ducum magnitudinis: qvorum profecto gloria minuitur, si cum multum pro Hierosolymis desudaverint, rebus per eos prospere gestis aliqvid derogetur. Nec tamen ego contentione Romanas res extollentium, gentiles meos amplificare decrevi: sed facta qvidem utrorumqve sine ullo mendacio prosequar: dicta vero de factis reponam, dolori atqve affectioni meæ in defiendis patriæ cladibus indulgens. Nam qvod domesticis dissensionibus est eversa, & in templum sacrosanctum invitas Romanorum manus atqve ignem Judæorum tyranni traxere, testis est, qvi eam vastavit, ipse Cæsar Titus: per omne bellum miseratus qvidem populum, quod a seditiosis custodiretur: sæpe autem consulto differri passus civitatis excidium, protracto obsidionis spatio, dummodo belli pœniteret autores. Quod si quis me adversus tyrannos eorumqve latrocinium accusatorie loqvi putet, vel patriæ miseriis ingementum calumniari præter legem historiæ, dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim, qvæ Romano Imperio parent, solam nostram civitatem contigit ad summum felicitatis fastigium evadere, eandemqve in extremum miseriæ dejici. Denique omnium post condita secula res adversas, si cum Judæorum calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo. Et horum autor nullus externus est: unde nec fieri potest, ut a qvestibus temperetur. Siquis autem durior misericordiæ sit judex, res quidem tribuat historiæ, lamenta vero scriptori: qvanquam merito Græcorum difertos increpaverim, qui tantis rebus sua memoria gestis, quarum comparatione præterita olim bella exigua redduntur, judices resident aliorum facundiæ detrahentes: qvorum & si doctrinam superant, proposito vincuntur. Ipsi vero Assyriorum & Medorum gesta perscribunt, veluti minus recte a scriptoribus antiquis fuerint exposita: cum in scribendo tantum eorum viribus cedant, quantum sententiæ. Erat enim unicuiqve studium, quæ vidisset facta, conscribere: quoniam & interfuisset rebus gestis, & efficaciter quod promittebat, impleret: mentiriqve apud scientes, inhonestum esse videretur. Enimvero nova quidem neqve ante cognita memoriæ tradere, suiqve temporis res commendare posteris, laude ac testimonio dignum est. Industrius autem habetur, non qui alienam dispositionem atqve ordinem transfert, sed qui nova dicendo etiam corpus proprium conficit historiæ. Sed ego qvidem sumptu ac labore maximo, qui cum sim alienigena, Græcis simul & Romanis gestarum rerum memoriam repono. Ipsis autem indigenis, ad quæstum quidem ac lites, ora patent, lingvæque solutæ sunt, ad historiam vero, in qua verum dicendum est, summaqve ope negotia colligenda sunt, obmutescunt:

τῷ μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν, καὶ δοκῶσαν ἐμοὶ λίαν ἁμαρτάνειν. Βέλοντας γὰρ μεγάλους μὲν τοὺς Ῥωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι τὰ ἰουδαίων, καὶ ταπεινοῦσιν, οὐκ ὀρθῶς ἡ πῶς ἂν εἶναι μεγάλοι δοκοῖεν, οἱ μικροὺς νενικηκότες. καὶ ἔτι τὸ μήκους αἰδοῦμαι καὶ πολέμου, ἔτι τὸ πλήθους τε καὶ μάσης Ῥωμαίων στρατιᾶς, ἔτι τὸ μέγεθος στρατηγῶν, οἷς πολλὰ ὠφελεῖ τοῖς ἱεροσολύμοις ἱδρώσαντες, οἷς μὴ παντελῶς δ' κατορθώσασιν αὐτοῖς ἀδοξοῦσιν. ἐ μὲν ἐγὼ τοῖς ἐπαίρουσι τὰ Ῥωμαίων ἀνθιφιλονεικῶν, αὔξειν τὰ τοῦ ὁμοφύλων οἴομαι, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα μετ' ἀκριβείας, ἑκατέρων δείξειν, τοὺς δ' ὑπὲ τοῖς πράγμασι λόγους ἀναπέμπω τῇ ἱστορίᾳ, καὶ τοῖς ἐμαυτῷ πάθεσι δίδως ἐπιλοφύρεσθαι τὰ πατρίδος συμφοράς. ὅτι γὰρ αὐτὴν στάσις οἰκεία καθεῖλε, ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων χεῖρας ἀκούσας, καὶ τὸ πῦρ, ὑπὸ τοῦ ἁγίου ναοῦ ἐλκυσαν οἱ ἰουδαίων τύραννοι, μάρτυς αὐτὸς ὁ πρῶτος τῶν κῆσαρ ἐν παντὶ τῷ πολέμῳ, τὸ μὲν δῆμον ἐλεήσας ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων φρουρούμενον, πολλάκις ἡ ἐκὼν τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ὑπερεβάλετο, ὑπὸ δὲ τῇ πλουσίᾳ χρόνον, εἰς μετάνοιαν τῶν αἰτίων. εἰ δέ τις ὑπὸ ταῖς τυράννοις, ἢ τὸ ληστρικὸν αὐτῶν κατηγορεῖν λέγομεν, ἢ τοῖς ἀτυχήμασι τῶν πατρίδος ἀπιστοῦντες συνοφαντήσει, διδότω καὶ ἐμοὶ τῆς ἱστορίας νόμον συγγνώμην τῷ πάθει. πάλιν γὰρ δῆτ' ὑπὸ Ῥωμαίοις πᾶσιν, τὴν ἡμέραν, ὑπὲ πλεῖστον τε εὐδαιμονίας σπουδῆ προελθεῖν, καὶ πρὸς ἔσχατον συμφορῶν αὖθις καταπεσεῖν. τὰ γοῦν πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα, πρὸς τὰ ἰουδαίων, ἡδέως μοι δοκεῖ κρίνειν, καὶ τούτων αὖτε ὑδεὶς ἀλλόφυλος, ὡς τε ἀμήχανον λέγειν, ὀδυρμῶν ὑπερατέα. εἰ δέ τις εἴκτος σκληρότερος ἐπὶ δικαστής, τὰ μὲν πράγματα τῇ ἱστορίᾳ προσκρινέτω, τοῖς δ' ὀλοφύροις, τὴν γραφὴν. καὶ τοῦτο ὑπολιμπάνω μ' ἂν αὐτοῖς δικαίως τῶν ἑλλήνων λογίοις, οἳ τηλικούτων κατ' αὐτὸς πραγμάτων γεγραμμένων, ἃ κρίνουσιν ἐλαχίστως ὑποδεικνύουσι τοὺς πάλαι πολέμους, τούτων μὲν καθάπτεσθαι πρώτοις τοῖς φιλοπονωτέροις ἐπιχειροῦντες, ὧν εἰ καὶ τῷ λόγῳ πλεονεκτοῦσι, λείπονται τῇ προαιρέσει. αὐτοὶ γὰρ τὰ ἀσυρίων, ἢ τὰ μήδων συγγράφουσιν, ὥσπερ ἦσαν καλῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων ἀπηγγελμένα, καὶ τοσούτῳ τῆς ἐκείνων ἡττῶνται δυνάμεως ἐν τῇ γραφῇ, ὅσῳ καὶ τῆς γνώμης. τὰ γὰρ καθ' αὑτοὺς ἑκάστοις ἔδοξεν ἕκαστοι γράφειν, ὡς καὶ τὸ ὠφελητικὸν τοῖς πράγμασιν, ἐπεὶ τὰ ἀπηγγελμένα ἐναργῆ, καὶ τὸ ψεῦδος παρ' εἰδόσιν, αἰσχρὸν ἦν. τοῖς μὲν μνήμῃ τὰ προϊστορηθέντα διδοναι, καὶ πᾶς τὸ ἴδιον χρόνον τοῖς μετ' αὐτῶν συνιοῦσιν, ἐπαινεῖν καὶ μαρτυρεῖσθαι ἄξιον. Φιλόπονον δ', οὐχ ὁ μεταποιῶν οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁ μὴ δι' ἀναγκαίαν λέγειν, καὶ τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας κατασκευάζων ἴδιον. καίγε μὴν ἀναλώμασι καὶ πόνοις μεγίστοις ἀλλόφυλος ὤν, ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις τὰ μνήμην τῶν κατορθωμάτων ἀναπέμπω, τοῖς μὲν γνησίοις, πρὸς μὲν τὰ λήμματα, καὶ τὰς διανοίας, κεχλευένου δίκαιος τὸ σῶμα, καὶ ἡ γλῶσσα λέλυται, πρὸς δὲ τῶν ἱστορίαν ἔνθα χρὴ παλαιὰ λέγειν, καὶ μετὰ πολλοῦ πόνου τὰ πράγματα συλλέγειν, περίμωντας παρέ-

παρέντες τοῖς ἀσθενεστέροις, καὶ μὴ γινώσκουσι τὰς πράξεις τῶν ἡγεμόνων γράφειν. τιμάσθω δὴ παρ' ἡμῖν τὸ τῆς ἱστορίας ἀληθὲς, ἐπεὶ παρ' ἕλλησι ἀμελεῖται. ὁμολογεῖν μὲν δὴ τὰ ἰουδαίων, τίνες τε ὄντες, καὶ ὅπως ἀπανέστησαν αἰγυπτίων, χώραν τε ὅσην ἐπῆλθον ἀλώμενοι, καὶ πόσα ἔθνη κατέλαβον, καὶ πῶς μεθανέστησαν, νῦν ἄκαιρον οἶμαι εἶναι, καὶ ἄλλως περιττὸν, ἐπειδὴ καὶ ἰουδαίων πολλοὶ πρὸ ἐμοῦ, τά τ' ἀρχαῖα συνετάξαντο μὴ ἀκριβείας, καί τινες ἑλλήνων ἐκεῖνα τῇ πατρίῳ φωνῇ μεταβάλλοντες, ἀπολύτου ἀληθείας διήμαρτον. ὅπερ ἦ οἵ τε τούτων συγγραφεῖς ἐπαύσαντο, καὶ οἱ ἡμέτεροι προφῆται, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ποιήσομαι τῆς συντάξεως. τούτων ἦ τὰ μὲν κατ' ἐμαυτὸν πολέμια διεξοδικώτερον, καὶ μεθ' ὅσης ἂν ἐξεργασίας δυνώμεθα, δίειμι. τὰ ἦ προγεγενέστερα τῆς ἐμῆς ἡλικίας ὑπὸ βραχέων συνθήσω. ὡς ἀντίοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς ἑλὼν καὶ κρατήσας ἱεροσόλυμα, καὶ καταρχὼν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μησὶν ἕξ, ὑπὸ τῶν ἀσαμωναίου παίδων ἐκβάλλεται τῆς χώρας. ἔπειθ' ὡς οἱ τούτων ἔγγονοι τὴν βασιλείαν διαστασιάσαντες, ἔλκυσαν εἰς τὰ πράγματα ῥωμαίους, καὶ πομπήϊον. καὶ ὡς ἡρῴδης ὁ ἀντιπάτρου καταλυσε τὴν δυναστείαν αὐτῶν, ἐπαγαγὼν φόβον. ὅπως τε ὁ λαὸς, μὴ τὴν ἡρῴδου τελευτὴν καταπασάσαιντο, αὐγούστου μὲν ῥωμαίων ἡγεμονεύοντος, κωπωνίου δ' ἀάρου, τῆς τε χώρας ἐπιτροπεύοντος. καὶ ὡς ἔτη δωδεκάτῳ τῆς νέρωνος ἀρχῆς ὁ πόλεμος ἀνερράγη, τά τε συμβάντα καὶ κέρδιον, ἢ ὅσα ὑφ' ἑαυτοῖς τοὺς πέριξ ὅρους ἐπῆλθον οἱ ἰουδαῖοι τοῖς ὅπλοις.

Ὅπως τε τὰς ταραχὰς ἔτι χίουντο, καὶ ὡς νέρων ὑπὸ τῆς κερδίας πλήσμαν δείσας τὴν τ' ὅλην, διεστασίασεν ἐφίστημι τῷ πολέμῳ. καὶ ὡς ἔτος μὲν δὲ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων εἰς τὴν ἰουδαίων χώραν ἐνέβαλεν, ὅση τε χερῶνησος ῥωμαίων φρουρᾷ, καὶ ὅσοι σύμμαχοι ἐκόπησαν εἰς ὅλην τὴν γαλιλαίαν. ἢ ὡς τὰ πόλεων αὐτοῖς, ἃς μὲν ὁλοχερεῖ καὶ κρατεῖ, ἃς ἦ δι' ὁμολογίας ἔλαβεν, ἵνα δὴ καὶ τὰ τῶν ῥωμαίων εὐταξίας ἐν πολέμοις, ἢ τὰ σκηνὴν τὰ πραγμάτων, τῆς τε γαλιλαίας ἑκατέρας τὰ διαστήματα, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὰς τῶν ἰουδαίων ὄρας, ἔν τε τῇ χώρᾳ τὴν ἰδιότητα, λίμνας τε ἢ πηγὰς τὰς ἐν αὐτῇ, ἢ τὰ τῶν ἑκάστην πόλιν τὰ ἁλισκομένων πάθη; μετ' ἀκριβείας ὡς εἶδον ἢ ἔπαθον, δίειμι. οὐδὲ γὰρ τὰ ἐμαυτοῦ τὰ συμφορῶν ἀποκρύψομαι, μέλλων γε πρὸς εἰδότας ἐρεῖν.

Ἐπεὶ ὡς ἤδη καμνόντων ἰουδαίοις τὰ πραγμάτων, θνήσκει μὲν νέρων, διεστασιασεν ἦ ὅτι ἱεροσολύμων ἡρέμησε μὲν, ὑπὸ τῶν ἡγεμόνιος ἀνῃρέθη. τὰ τε γενόμενα τότε κατὰ ταύτης αὐτῷ σημεῖα, καὶ τὰς ὅτι ῥώμης καταβάσεις, καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῶν τραπεζιτῶν ἄκων αὐτοκράτωρ ἀποδέδεικται. καὶ ὡς τότε ἀποχωρήσαντος ὅτι διοικήσαι τὸν ὅλον εἰς τὴν ἀίγυπτον, ἐταράχθη τὰ ἰουδαίων, ὅπως τε ἐπανέστησαν αὐτοῖς οἱ τυραννοι, καὶ τὰς τούτων πρὸς ἀλλήλους διαφοράς. καὶ ὡς ἄρχας ἀπὸ τῆς αἰγύπτου τίτος, δεύτερον εἰς τὴν χώραν ἐνέβαλεν. ὅπως τε τὰς δυνάμεις; καὶ ὅπου συνήγαγε; καὶ πολιορκίας καὶ ὅπως ἐκ τῆς ταύτης ἡ πόλις διέκειτο παρόντος αὐτοῦ, πρεσβολάς τε ὅσας ἐποιήσατο, καὶ πόσα χώματα, πρεβόλους τε τῶν τειχῶν; καὶ τὰ

Claudium ſecutos? maxime cum habeamus Imperatorem quem in nulla re culpare poſſimus, & ad quem cum juſtis magis allegationibus, quam cum armis egredi debeamus. Hæc dicens, per mediam egreſſus eſt curiam, omnibus ſe militibus conſecutis. Hoc exemplo optimates deſerti, in magno metu eſſe cœperunt. ac deinceps videntes ſibi adverſationem tutam non eſſe, ſicuti milites, ad Claudium tranſierunt. Occurrebant autem eis pro muris ſtrictis gladiis hi, qui fortunæ regis ambitioſius adulabantur: & pene accidit, ut progreſſi quinque interficerentur, ante ſcilicet quam militum impetum Cæſar agnoſceret: niſi accurrens Agrippa, imminentis ei facinoris periculum nunciaſſet: dicens quod niſi coercuiſſet exercitum, jam in ſanguinem civium furentem, confeſtim amiſſurus eſſet omnes per quos conſpicuum eſſet imperium, fieretque ſolitudinis Imperator. Hæc audiens Claudius, continuit militum impetum. Suſcepit autem in caſtris advenientem ſenatum, & indulgenti honore complexus, egreſſus cum patribus confeſtim obtulit Deo hoſtias, ut moſ eſt pro Imperio ſupplicari. Agrippam quoque protinus donat regno paterno univerſo, adjiciens ei etiam illa quæ Auguſtus Herodi donaverat, Trachonitidem ſcilicet & Auranitidem: præter hæc autem aliud quoque regnum, qvod Lyſaniæ vocabatur. Et populo quidem donationem hanc per edictum indicavit. Patribus autem præcepit, ut inciſam æreis tabulis in Capitolio collocarent. Donat autem etiam fratrem ejus Herodem, qui gener ejusdem erat, junctus Berenicæ reginæ, Chalcidis. Opinione autem celerius Agrippæ dati regni cenſus maximus affluebat: qua ſane pecunia, non ille in rebus exiguis abutebatur, ſed talem murum Hieroſolymis circundare cœpit, qualis, ſi potuiſſet abſolvi, irritam prorſus obſidionem Romanis oppugnantibus effeciſſet. Sed anteqvam impleret opus, deceſſit in Cæſarea. Regnavit autem annis tribus. Ante qvoqve cum tetrarchiam regeret, aliis tribus annis tenuerat poteſtatem. Reliqvit filias tres è Cypride natas, Berenicem, Mariamnem atque Druſillam: filium autem ex eadem ipſa conjuge, nomine Agrippam. qui cum admodum parvulus eſſet, Claudius regnum in provinciam redegit, in cujus procurationem miſſus eſt Ceſtius Feſtus: poſt hunc autem Tiberius Alexander: qvi nihil de conſuetudine patria immutantes, gentem in pace tenuerunt. Poſt hæc vero & Herodes, qui regnabat in Chalcide, deceſſit, relinquens ex fratris quidem filia Berenice filios duos, Berenicianum & Hyrcanum: ex priore autem Mariamne Ariſtobulum. Alius qvoqve ejus frater Ariſtobulus mortuus fuerat privatus, relicta filia Jopata. Hi quidem erant (ſicut diximus) liberi Ariſtobuli, qui fuerat Herodis filius. Alexander autem & Ariſtobulus nati fuerant Herodi è Mariamne, quos ipſe parens occidit. Alexandri autem poſteri in majori Armenia regnaverunt.

Ant. lib. 19. cap. 5.

Ant. lib. 19. cap. 7. 8.

CAP. XI.

De variis tumultibus in Judæa & Samaria.

POst obitum autem Herodis, qvi regnavit in Chalcide, Claudius Agrippam filium Agrippæ in patrui sui regno constituit. Alterius autem provinciæ susceptit curam post Alexandrum Cumanus, sub quo oriri cœperunt tumultus, & denuo Judæos calamitas comprehendit. Conveniente quippe multitudine ad diem festum azymorum in Hierosolymam, stante cohorte Romana super porticum templi (armati quippe milites semper custodiebant festos dies, ne qvid convenientes populi novare auderent) unus e militibus reductis turpiter vestimentis inclinans posteriora sua vertit ad faciem Judæorum: & ad hunc habitum vocem emittens similem succlamavit. Ob qvod factum tota cœpit multitudo conqueri, ita ut circumstarent Cumanum, ad supplicium militem deposcentes. Ex his autem inconsulti juvenes, & quasi natura apti ad seditiones movendas, in rixam gravissimam prosiliebant: continuo quippe saxa rapientes, percutiebant milites. Tunc veritus Cumanus ne totius in eum vulgi impetus fieret, plures evocavit armatos: qui cum essent porticibus immissi, metus gravis incidit Judæis. Statimque in fugam versi, relicto templo refugere cœperunt. Tanta autem per egressus de constipatione obtritio facta est, ut conculcatione mutua super decem millia hominum consumpta sint. Facta est autem universæ genti luctuosa festivitas, & planctus per domos singulas personabat. Successit autem huic calamitati latrocinantium tumultus. Juxta Bethoron quippe, per viam publicam, Stephanus quidam servus Cæsaris supellectilem quandam vehebat, quæ ab irruentibus latronibus direpta est. Cumanus autem ad inqvisitionem mittens eos, qui in proximis vicis essent, vinctos ad se adduci jussit, objiciens qvod latrones illos non comprehendissent: qva occasione quidam militum in vico quodam libros sacræ legis offensos discidit atq; combussit. Judæi autem quasi totam religionem inflammatam viderent, undique confluxerunt: & velut machinamento aliquo, ita vi superstitionis attracti, omnes ad unam evocationem ad Cumanum Cæsaream concurrunt: precantes ut militem, qui tantam contumeliam Deo legique ejus intulisset, non relinqueret impunitum. Ad hæc ille (videbat enim multitudinem nequaquam quieturam, nisi aliqua esset satisfactione sedata) adjudicatum militem per medium populum ad supplicium jussit abduci: sicque Judæi placatis animis recesserunt. Denuo autem Galilæorum & Samaritanorum conflictus exoritur. In vico enim quem Græman vocant, qui est in magno Samariæ campo situs, quidam Galilæus de numero Judæorum ad festivitatem ascendens interficitur. Ad qvod factum multi ex Galilæa regione concurrerunt, ut cum Samaritanis confligerent. Horum autem nobiliores convenerunt ad Cumanum, rogantes, ut antequam gravis calamitas oriretur, transiret in Galilæam: & in eos qui autores essent homicidii, vindicaret. Cumanus vero his negotiis, quæ habebat in manibo postponens illorum petitiones, sine effectu precatores remisit. Nunciato igitur homicidio Hierosolymam, omnis multitudo commota est: & relicta diei solennitate, in Samariam vulgus impetum fecit sine ullo

ΚΕΦ. κ.

ΣΤΑΣΕΙΣ δὲ καὶ ταραχὰς ἐπὶ τῇ ἑορτῇ τῶν ἀζύμων εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν ῥωμαϊκὴς στρατιᾶς ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ φυλακὴν ἐφεστώσης (ἐνίστασι γὰρ ἀεὶ ταῖς ἑορταῖς ὡπλισμένοι φυλάττουσιν, ὡς μή τι νεωτερίζοι τὸ πλῆθος συνηθροισμένον) εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀναφερόμενον ἐσθῆτα, καὶ κατακύψας ἀσχημόνως, περισπάσασθαι τοὺς Ἰουδαίους τὸ ἔδρασι, καὶ τῷ σχήματι φωνὴν ὁμοίαν ἐπιφθέγξατο. ὡς δ' ὅπως μὲν τὸ πλῆθος ἠγανάκτησε, καὶ καταβοᾶν ἤρξατο, κολάζειν τὸν στρατιώτην. οἱ δὲ ἦσαν νεφροντες τῶν νέων, καὶ τὸ φύσει θρασυδὲς ἐκ τοῦ ἔθνους, ἐχώρουν ἐπὶ μάχην, λίθους τε ἁρπάσαντες, εἰς τοὺς στρατιώτας ἔβαλλον. καὶ Κούμανος δείσας μὴ τοῦ λαοῦ παντὸς ἐπ' αὐτὸν ἐρμηθήσεται, πέμπει τοὺς ὁπλίτας μεταπεμπόμενος. τῶν δὲ τῆς θείας ἐπιλαβομένων, φόβος ἐμπίπτει τοῖς Ἰουδαίοις ἀκατάσχετος, καὶ τραπέντες ἐκ τοῦ ἱεροῦ διέφυγον εἰς τὴν πόλιν. πανύστατα δὲ τοῦ τὰς ἐξόδους βία συνωθουμένων ἐγένετο, ὥς τε πατηθέντας ἀπ' ἀλλήλων καὶ συντριβέντας, ὑπὲρ πεντακισμυρίους ἀπολέσθαι. ἡμέρᾳ δὲ τῇ ἑορτῇ πένθος μὲν ὅλῳ τῷ ἔθνει θρῆνος δὲ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. μεταλαμβάνει δὲ τοιούτῳ τῷ συμφορᾷ λῃστρικὸς ἄλλος θόρυβος. κατὰ γὰρ τὴν βασιλικὴν δημοσίαν ὁδὸν, στάσιν τινὲς δοῦλου καὶ σώματος ἀποσκευὴν κομιζόμενον, διαρπάσαντες λῃστικῶς ἀπῆλθον. κούμανος δὲ πέμψας, τοὺς ἐκ τῶν πλησίον κωμῶν δεσμώτας ἐκέλευσεν ἀναίρεσις αὐτὸν, ὑπολαβὼν ὅτι μὴ διώξαντες τοὺς λῃστὰς συλλάβοιεν, ἕνα στρατιωτῶν τὸς, βίβλων ἐν τινι κώμῃ τὸν ἱερὸν νόμον, διέρρηξέ τε τὸ βιβλίον, καὶ εἰς πῦρ κατέβαλεν. ἰουδαῖοι δὲ ὡς ὅλης αὐτοῖς τῆς χώρας καταφλέγεσθαι συνεχύθησαν, καὶ καθάπερ ὀργάνῳ τινὶ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνελκόμενοι εἰς ἓν κήρυγμα, πάντες εἰς καισάρειαν ὑπὲρ κούμανον συνέδραμον, ἱκετεύοντες τὸν οὕτως εἰς τὸν θεὸν καὶ τὸν νόμον αὐτῶν ἐξυβρίσαντα μὴ περιιδεῖν ἀτιμώρητον. ὁ δὲ, οὐ γὰρ ἠρεμήσειν τὸ πλῆθος, εἰ μὴ τύχοι τῶν δαμνίας συνιδών, ἤξιε τοσοῦτόν τι τῶν στρατιώτην, καὶ διὰ μέσων τῶν αὐτομολούντων ἀπαχθῆναι τῷ ὑπὲρ θανάτου κελεῦσαι. καὶ ἰουδαῖοι μὲν ἀνεχώρησαν. αὐθις δὲ γαλιλαίων, καὶ σαμαρέων γίνεται συμβολή.

ΚΕΦ. κα.

ΚΑτὰ γὰρ τὴν μεμὰν καλουμένην κώμην, ἥτις ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κεῖται τῆς σαμαρείτιδος, πολλῶν ἀναβαινόντων ἰουδαίων ὑπὲρ τῶν ἑορτῶν, ἀναιρεῖται τις γαλιλαῖος. τοῦτο, πολλοὶ μὲν ἐκ τῆς γαλιλαίας συνέδραμον, ὡς πολεμήσοντες τοῖς σαμαρεῦσιν. οἱ γνώριμοι δὲ αὐτῶν ἐλθόντες πρὸς κούμανον, ἰωνάθολον, πρὶν ἀνηκέστου πάθους εἰς τὴν γαλιλαίαν ἐμβάντα, τιμωρήσασθαι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου. μόνως γὰρ ἂν ἄτοπος ἀμαλυθῆναι τοῦ πολέμου τὸ πλῆθος. κούμανος μὲν οὖν ἐν δεκτέρῳ τοὺς σκηνοποιοὺς ἱκεσίας τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων θέμενος, ἀπράκτους ἀπέπεμψε τοὺς ἱκέτας. ἀγγελθὲν δὲ τὸ πάθος εἰς ἱεροσόλυμα δὲ πφονευμένου, τὰ πλῆθη συνεταράχθη, καὶ τῆς ἑορτῆς ἀφέμενοι πρὸς τὴν σαμάρειαν ἐξώρμησαν ἀστρατήγητοι, καὶ μηδενὶ τῶν ἡγε-

τῶν ἀρχόντων κατίσχοντι πειθόμενοι. Ἔ λῃστικοῦ ἦ
αὐτῶν καὶ στασιώδους, δεινάρους τὸς υἱὸς ἐλεάζαρος καὶ
ἀλέξανδρος ἐξῆρχον, οἱ τοῖς ὁμόροις τῆς ἀκρεβατη-
νῆς τοπαρχίας προσπεσόντες, αὐτούς τε ἀνήρουν μη-
δεμιᾶς ἡλικίας φειδὼ ποιούμενοι, καὶ τὰς κώμας ἀνε-
πίμπρασαν. κύμανος ἦ ἀναλαβὼν ἀπὸ τ ἡγεμονείας
μίαν ἴλαν ἱππέων καλουμένην σεβαστηνῶν, ἐξεβοήθει
τοῖς περθομένοις, καὶ τ πρὸς τ ἐλεάζαρον πολλοὺς μὲν
συνέλαβε, πολείτους ἦ ἀπέκτεινε. πρὸς ἦ τὸ λοιπὸν πλῆ-
θος τῶν πολεμεῖν τοῖς σαμαρεῦσιν ὡρμημένων, οἱ ἄρ-
χοντες τῶν ἱεροσολύμων σκηπτροῦχοι σὺν κόσμῳ ἀμπε-
χόμενοι, καὶ τὰ φέραν τῶν κεφαλῶν καταχέοντες, ἱκέ-
τευον ἀναχωρεῖν, καὶ μὴ διὰ τ εἰς σαμαρεῖς ἁμαρτίαν,
ὅλῃ ἱεροσόλυμα ῥωμαίους παροξύνειν. ἐλεῆσαι ἦ τ πα-
τρίδα, καὶ τὸν ναὸν, τέκνα τε καὶ γυναῖκας ἰδίας, καὶ μὴ
πάντα κινδυνεύειν δι ἑνὸς σκιδικίαν γαλιλαίου ὠθροπο-
λεῖσθαι. τοιούτοις πειθόντες οἱ ἰουδαῖοι, διελύθησαν. ἐτρά-
πουτο ἦ παλαιοὶ πρὸς λῃστείαν διὰ τ ἄδειαν. καὶ μὴ πᾶ-
σαν τὴν χώραν, ἁρπαγαῖς τε ἦσαν, καὶ τῶν θρασυτέρων
ἐπαναστάσης. καὶ τῶν σαμαρέων οἱ δυνατοὶ, πρὸς νου-
μίδιον κουαδράτον, ὃς τῆς συρίας, εἰς τύρον
ὠθροῦντο, δίκην περὶ ὠθρῶν τῶν προηκάντων τῷ
χώραν λαβεῖν ἠξίουν. παρόντες ἦ καὶ οἱ γνώριμοι
τῶν ἰουδαίων, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἰωνάθης υἱὸς ἀνάνου,
κατάρξαι μὲν ἔλεγον τῆς παραχῆς σαμαρεῖς διὰ τ
φόνον, αἴτιον ἦ τῶν ἀποθεθηκότων κούμανον γεγενέναι,
μὴ θελήσαντα τοὺς αὐθέντας ἐσφαγῆτε ἐπεξελθεῖν.
κουαδράτος ἦ τότε μὲν ἑκατέρους ὑπερτίθεται φήσας,
ἐπειδὰν εἰς τοὺς τόπους ὠθροῦντα, διεξιὼν ἕκα-
στα. αὖθις ἦ παρελθὼν εἰς καισάρειαν, πρὸς τὸν
κουμάνου ζωγρηθέντας, ἀνεστύρωσε πάντας. ἐκεῖθεν
τε εἰς λύδδαν ὠθροῦντα πόλιν, διήκουσε τῶν σα-
μαρέων, καὶ μεταπεμψάμενος ὀκτωκαίδεκα τῶν
ἰουδαίων, οὓς ἐπέπυστο μετεσχηκέναι τῆς μάχης, ἐτελέ-
κει διερεύνησιν. δύο ἦ ἑτέρους τῶν δυνατωτάτων, καὶ
πρὸς ἀρχιερεῖς ἰωνάθην, καὶ ἀνανίαν, τοντε παῖδα
ἄνανον, καὶ τινας ἄλλους ἰουδαίων γνωρίμους,
ἀνέπεμψεν ὅτι καίσαρα, ὁμοίως ἦ καὶ σαμαρέων τοὺς
ὑπραναστάτους. παρήγγειλε ἦ καὶ κουμάνῳ καὶ κέλευ-
σεν τῷ χιλιάρχῳ πλεῖν ὅτι ῥώμης, δώσοντας κλαυδίῳ
λόγον ὑπὲρ τῶν γεγνημένων. ταῦτα διαπερᾶσάμε-
νος ἀπὸ λυδδῶν ἀνέβαινεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ κατα-
λαβὼν τὸ πλῆθος ἄγον τλὴ τῶν ἀζύμων ἑορτλὴ
ἀθορύβως, εἰς ἀντιόχειαν ἐπανῆει. κῆ ἦ τλὴ ῥώμλεν καῖ-
σαρ ἀκούσας κουμάνου καὶ σαμαρέων, παρλῶ ἦ
καὶ ἀγρίππας σκύμνος ὑπεραγωνιζόμενος ἰουδαί-
ων, ἐπειδὴ καὶ κουμάνῳ πολλοὶ τῶν δυνατῶν πα-
ρῆσαν το, σαμαρέων μὲν κατηγοροῦς, τῆς ἀνελεῖν
προσέταξε τοὺς δυνατωτάτους, κούμανον ἦ φυ-
γαδεῦσαι, κέλευσε ἦ δεσμώτλεν ἀναπέμψας εἰς ἱε-
ροσόλυμα, ὠθροθῆναι ἰουδαίοις πρὸς αἰκίαν ἐ-
κέλευσε, καὶ περιουρέντα τλὴ πόλιν, οὕτω τλὴ κε-
φαλλὴ ἀποκοπλῆναι. μετὰ ταῦτα ἰουδαίας μὲν ἐπέ-
στρεπτον, φήλικα τὸν πάλλαντος ἀδελφὸν ἐκπέμπει,

A duce, nec quicquam principum ſuorum reti-
nenti acquieſcentes. Latrocinii autem eorum
& tumultus, quidam Dinæi filius Eleazarus, &
Alexander, principes erant: qui in Acrebatenæ
regioni conterminos irruentes, promiſcuam e-
didere cædem, & à nullius ætatis exitio tempe-
rantes, vicos etiam inflammaverunt. Cumanus
autem hæc audiens, adduxit ſecum unam equi-
tum alam, quæ vocatur Sebaſtenorum, ut auxi-
B lio his qui vaſtabantur eſſet: ſicque eorum mul-
tos, qui Eleazarum erant ſecuti, comprehendit,
plures quoque interfecit. Ad reliquam autem
multitudinem, qui in vaſtandos Samaritano-
rum fines irruerant, principes gentis de Hiero-
ſolymis occurrerunt: opertiq; ciliciis, & aſper-
ſis cinere capitibus precabantur, ut ab incepto
deſinerent: nec propter exercendam in Samari-
tas ultionem, ad Hieroſolymæ perniciem Ro-
C manos commoverent: miſererentur autem pa-
triæ ſuæ atque templi, filiorumque & conjugum
propriarum: neque omnia pariter in diſcrimen
adducerent, neque ob unius Galilæi vindictam
cuncta diſperderent. His acquieſcentes Judæi, à
negotio receſſerunt. Multi autem per idem tem-
pus in latrocinia conſpirabant: ſicut fere ſolet
D inſolentia creſcere rebus quietis: per qvæ in
omni regione agebantur rapinæ: & audaciſſi-
mus quiſque reliquis vim afferebat. Tunc Sa-
maritarum primates ad Numidium Qvadra-
tum, qui Syriam procurabat, Tyrum venerunt
vindicari de his, qui regionem eorum depræda-
ti fuerant poſtulantes. Præſto autem fuerant
etiam Judæorum nobiles: & Jonathas filius A-
nani, princeps ſacerdotum, objecta diluens al-
E legabat, initium quidem tumultus Samaritas
fuiſſe, qui primi homicidium perpetraſſent:
cauſam tamen calamitatum poſtea ſecutarum
præbuiſſe Cumanum, qui inter principia autores
cædis noluiſſet ulciſci. Tunc Quadratus utramq;
partem interim diſtulit, dicens ſe cum ad ipſas
regiones veniſſet, diligenter ſingula inquiſitu-
rum: deinceps vero progreſſus Cæſaream, eos
F omnes quos Cumanus vivos ceperat, in crucem
ſuſtulit. Inde cum Lyddam veniſſet, denuo au-
divit Samaritanorum querelas, & accitos Ju-
dæorum decem & octo viros, quos cognovit pug-
næ fuiſſe participes, ſecuri percuſſit. Duos autē
principes ſacerdotum, Jonatham & Ananiam, e-
jusque filium Ananum, & nonnullos alios Judæ-
os nobiles ad Cæſarem miſit: ſimiliter autem &
G Samaritarum nobiliſſimos qvosqve. Præcepit
etiam Cumano, & Celeri tribuno, Romam na-
vigare reddituros Claudio rationem pro his
quæ in regione geſſerant. His ita compoſitis à
Lydda aſcendebat Hieroſolymam: & inveni-
ens multitudinem feſtivitatem azymorum celebrantem ſine ulla conturbatione, Antiochiam redi-
it. Romæ autem Cæſar auditis allegationibus Cumani & Samaritanorum (aderat autem etiam
Agrippa, Judæorum cauſam magna contentione defendens: ſiquidem & Cumano multi potentium
aderant) pronuncians adverſus Samaritas, tres eorum nobiliſſimos juſſit interfici. Cumanum autem
in exilium deportari. Celerem autem tribunum vinctum Hieroſolymam miſſum, Judæis ad ſupplicium
tradidit, ut per urbem tractus, capite plecteretur. Poſt hæc Felicem Pallantis fratrem miſit ad Judæos,

qui & eorum provinciam cum Samaria & Galilæa curaret. Agrippam vero de Chalcide in regnum majus transtulit, tradens ei illam quoque provinciam, quæ Felicis fuisset. Erat autem ista Trachonitis & Batanæa & Gaulanitis. Addidit autem regnum etiam Lysaniæ, & tetrarchiam quam Varus rexerat. Ipse autem per annos tredecim, menses octo, dies triginta administrato imperio, decessit, successorem regni Neronem relinqvens, qvem svadelis Agrippinæ uxoris suæ in imperium cooptaverat: & quidem cum legitimum haberet filium Britannicum, ex Messalina natum, priore scilicet conjuge, & Octaviam filiam, quam ipse privigno collocarat Neroni. Susceperat autem ex Agrippina Antoniam. Et Nero quidem quemadmodum per magnitudinem felicitatis & opum, abusus sit fortuna: & qualiter fratrem suum, atque uxorem, matremque interfecerit, post quos in omnes proximos immanitatem suam convertit, atque ut ad ultimum per amentiam ad histrionum, opera scenamque pervenerit, quoniam scio esse narratione molestum, silentio præterire melius puto.

A τ̃ π γαλιλαίας καὶ σαμαρείας καὶ περαίας. ὀκ ἦ τ̃ χαλκίδ@, ἀγρίππαν εἰς μείζονα βασιλείαν μετατίθησι, δοὺς αὐτῷ τὴν τ̃ φιλίππ@ ἡρωμίλ@ τ̃ραχωνίτιν καὶ γαυλανίτιν. τ̃ροσέθηκε ἦ τὴν τ̃ λυσανίου βασιλείαν, καὶ τ̃ὰ οὐάρου ἡρωμίλ@ ἐπαρχίαν, αὐτὸς ἦ διοικήσας τ̃ὰ ἡγεμονίαν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα, τ̃ρὸς ἦ μησὶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, τελευτᾷ, καταλιπὼν νέρωνα τῆς ἀρχῆς διάδοχον, ὃν τῇς ἀγριππίνης τῆς γυναικὸς ἀπαB τ̃ης, ἐπὶ κληρονομίᾳ τῆς ἀρχῆς ἐσπεπήσατο, καίπερ ὑὸν ἔχων γνήσιον βρεττανικὸν ἐκ μεσσαλίνης τ̃ τ̃ρώτ@ γυναικὸς, καὶ ὀκταυίαν θυγατέρα τ̃ὰ αὐτ̃ ἄδελφὴν νέρωνι. γέγονει ἦ αὐτῷ καὶ ἐκ πόππ@ ἀντωνία.

CAP. XII.

De tumultibus in Judæa sub Felice. *Ant. lib. 20. cap. 11.*

COnvertar autem ad narranda quæ ab eo adversus Judæos gesta sunt. Minorem igitur Armeniam regnandam Aristobulo dedit, Herodis filio. Regno autem Agrippæ quatuor urbes addidit cum agris ad singulas pertinentibus: in Peræa scilicet regione, Abilam & Juliadem: in Galilæa autem Tarichæam & Tiberiadem. Reliqua autem Judææ Felici procuranda dedit. Hic principem latronum Eleazarum, qui per viginti annos regionem fuerat deprædatus, aliosque cum eo multos cepit, vinctosque Romam misit: aliorumque quos in crucem sustulit, latronum vel in communione sceleris deprehensorum popularium, fuit pene innumerabilis multitudo. Sic autem regione purgata, aliud genus latrocinantium in Hierosolymis oriebatur. Hi autem sicarii vocabantur, die claro & in media civitate passim quosque interficientes. Potissimum vero diebus solennitate festivis immiscebantur vulgo, sicas sub veste gestantes. His inimicos interficiebant: ac deinceps collapsis hominibus, illi inter reliquos de scelere querebantur: qua fraude extra suspicionem manebant, diuq; latuerunt. Primus igitur ab eis Jonathas pontifex interficitur. Post hunc autē quotidie plurimi cædebantur, atq; ipsis calamitatibꝰ molestior timor civitatē premebat: sicut enim in medio bello per singula momenta omnes mortem operiebantur. Circumspiciebant autem eminus quosque appropinquantes: & neque amicis suis fidere poterant, dum tamen in mediis suspicionibus atque custodiis nihilo minꝰ interficerentur. Tanta erat latrocinantiū temeritas, & ars quædam latendi.

C τ̃ μητέρα διεξῆλθεν, ἀφ' ὧν εἰς τοὺς συγγραφεῖς μετῆνεγκε τ̃ ὠμότητα, καὶ ὡς τελευταῖον τ̃ὸν φρενοβλαβείας ἐξώκειλεν εἰς σκηνὴν, θέατρον, ἐπεὶ δὲ ἔχλ@ πᾶσιν ἐστὶ φιλόψεφ@. τρέψομαι ἦ ἐπὶ τὰ ἰουδαίοις κατ' αὐτὸν ῥωμαῖα. τ̃ μὲν γὰρ μικρὰν ἀρμηνίαν, δίδωσι μὲν βασιλεύειν ἀριστόβουλ@ τ̃ῆς ἡρῴδου. τῇ ἦ ἀγρίππα βασιλείᾳ, πόσαρας πολὺς τ̃ροσίησι τὰς τ̃αρχίας, ἀβίλαν μὲν καὶ ἰουλιάδα τ̃ῆς τ̃ραχωνίτιδος, μεD χαίας ἦ καὶ τιβεριάδα τ̃ῆς γαλιλαίας. εἰς ἦ τ̃ὸν λοιπὸν ἰουδαίων, φήλικα κατέστησεν ἐπίτροπον. ἐτ@ τὸν ἀρχιλῃστὴν ἐλεάζαρον ἔτεσιν εἴκοσι τ̃ὴν χώραν δῃώσαμενον, καὶ πολλοὺς τοὺς σὺν αὐτῷ ζωγρήσας, ἀνέπεμψεν εἰς ῥώμην. τῶν ἦ ἀναστατωθέντων τ̃ὰ αὖτ̃ λῃστῶν, καὶ τῶν ἐπὶ καινωνίᾳ φωραθέντων οὓς σικαρίους, ἄπειρόν τι πλῆθος ἦν.

E Καθαρθείσης ἦ τῆς χώρας, ἕτερον εἶδ@ λῃστῶν ἐν ἱεροσολύμοις τ̃ροέφυετο, οἱ καλούμενοι σικάριοι, μεθ' ἡμέραν, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει φονεύοντες ἀνθρώπους. μάλιστα ἦ ἐν τ̃οσίαις, μισγόμενοι τ̃ῷ πλήθει, θ τ̃ὰς ἐσθήσεσιν τ̃ατοκρύπτοντες μικρὰ ξιφίδια, πύπτεις ἐνυτίον τοὺς ἀλλοφύλους, ἔπειτα πεσόντων, μέρ@ ἐγίνοντο τῶν ἐπαγανακτούντων οἱ πεφονευκότες, διὸ καὶ πανταχόθεν τ̃ὰ ἀξιοπιστίας ἦσαν ἀνεύρετοι. F πρῶτ@ μὲν σὺν τ̃ὰ αὐτῶν ἰωνάθης ὁ ἀρχιερεὺς ἀποσφάζε. μεθ' ἦ αὐτὸν κατ' ἡμέραν ἀνῃρεῖτο πολλοί, καὶ τῶν συμφορῶν ὁ φόβ@ λεῖ χαλεπώτερ@ ἑκάστου καθάπερ ἐν πολέμῳ, καθ' ὥραν τ̃ὸ θανάτου τ̃ροσδεχομένου. τ̃ροσεσκοπεῖτο ἦ πρόῤῥωθεν τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ οὐδὲ τοῖς φίλοις τ̃ροσῆσαν ἐπὶ πίστει λῇ, ἐν μέσαις ἦ ταῖς τ̃αρονοίαις, καὶ ταῖς φυλακαῖς ἀνῃρεῖτο. τοσοῦτον τῶν βουλομένων τὸ τάχος λῇ, καὶ δ λαθεῖν ἡ G πίχνη. σωθῆναι ἦ τ̃ρὸς τούτοις ἕτερ@ πανηρῶν, χειρὶ μὲν καθαρώτερον, ταῖς γνώμαις ἦ ἀσεβέστερον, ὅπερ οὐδὲν ἧττον τῶν σφαγέων, τὴν εὐδαιμονίαν τ̃ὸ πόλεως ἐλυμήνατο. πλάνοι γὰρ ἄνθρωποι, θ ἀπατεῶνες, τ̃ροφήμαι θεσμοῦ, νεωτερισμὸς καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὀμόσαντες, δαιμονᾶν τ̃ὸ πλῆθ@ ἀνέπειθον, καὶ τ̃ροῆγον εἰς τὴν ἐρημίαν, ὡς σὺν τοῖς θεῖ δείξοντ@ αὐτοῖς σημεῖα ἐλευθερίας. ἐπὶ τούτοις ὁ φῆλιξ

Ad hæc autem alia etiam malorum collectio facta est, cæde quidem abstinentium, sed consiliis magis impiorum, quæ pars non minus quam sicariorum felicitatem urbis statumque corrupit. Seductores namque homines & circumventores, sub specie religionis novis rebus studentes, vulgus insanire fecerunt, nam in solitudines egrediebantur, promittentes Deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos

ὁ Φῆλιξ, ἐδόκει γὰρ ἀποστάσεως εἶναι καταβολὴ, πέμ- A Felix (videbantur quippe semina defectionis esse) mittens equites atque pedites armatos, magnam multitudinem interfecit. Majore autem plaga Judæos afflixit Ægyptius quidam pseudopropheta. Adveniens quippe in provinciam, magus cum esset, prophetæ opinionem sibi arrogans, triginta ferme millia hominum congregavit, quos vana seductione deceperat. Et circumducens eos de solitudine in montem, qui vocatur Olivarum, inde ad Hierosolymam nitebatur ascendere: depulsoque Romanorum præsidio, in populares exercere dominationem. Utebatur autem stipatoribus, qui ad id facinus convenerant. Prævidit sane ejus impetum Felix, & occurrens cum ipsis Romanis armatis, quos etiam Judæorum reliqua multitudo juvabat, iniit conflictum. Et Ægyptius quidem cum paucis fugit; Plurimi autem, qui cum ipso fuerant comprehensi atque vinculis traditi sunt. Reliqua vero multitudo in regiones proprias dispersa est. Compressis vero his etiam, sicut fere in ægro corpore, rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti, multis afflictionem inducebant: & quasi ad libertatem vocabant mortem apertissimam comminantes his, qui Romanorum principatui obedire voluissent: ut vel reluctantes averterent eos, qui spontaneam ferrent servitutem. Dispersi ergo per totam regionem diripiebant quorumque potentium domos, eosque insuper trucidabant: inflammabant etiam vicos, ita ut desperatione eorum tota Judæa protinus impleretur. Et hoc quidem bellum indies ingravescebat. Alter autem tumultus ortus est circa Cæsaream, inter Judæos scilicet, qui ibi permixti habitabant, & Syros, seditione commota. Hi siquidem postulabant, ut eorum fieret civitas, Judæum ejus fuisse conditorem dicentes: erat autem rex Herodes. Æmuli vero conditorem quidem confitebantur Judæum, ipsam vero civitatem fuisse gentilium vindicabant. Neque enim illic statuas & fana potuisse constitui, si ad Judæos eam conditor pertinere voluisset. Ob has ergo causas inter se populus uterque jurgabat. Procedebat autem usque ad arma contentio: & quotidie ad confligendum audaces quique partis alterutræ prosiliebant. Neque enim Judæorum seniores cohibere tumultus gentis suæ poterant; & Græcis turpissimum videbatur, Judæis inferiores videri. Præstabant autem hi quidem divitiis & corporum viribus; Græci vero auxilio militum: magna siquidem pars Romanæ manus, de Syria illo fuerat congregata: & quasi cognati, ad auxiliandum parati erant Syris. Præfecti autem militum curabant comprimere tumultum: & pugnaces quosque comprehensos, taureis ulciscebantur ac vinculis. Nec tamen supplicia comprehensorum, impedimentum aut timorem reliquis inferebant: imo magis hoc ipso in seditionis irritabantur augmentum. Tunc demum Felix minaci edicto præcepit contumaces quosque urbe discedere: non parentium autem immissis militibus interfecit non paucos, quorum etiam bona direpta sunt. Manente autem seditione, nobiles utriusque partis electos, legatos misit ad Neronem, de jure disceptaturos.

ψας ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ὁπλίτας, πολὺ πλῆθος διέφθειρε. μείζονι δὲ πληγῇ Ἰουδαίους ἔπαισεν, ὃ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης. παραγενόμενος γὰρ εἰς τὴν χώραν, ἄνθρωπος γόης, καὶ τοσοῦτον πίστιν προθεὶς αὐτῷ, ὅσοι τρισμυρίους μὲν ἀθροίζει τῶν ἠπατημένων. τούτους ἀγαγὼν δι' αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρημίας εἰς τὸ ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ἐκεῖθεν εἰς τὴν εἰς Ἱεροσόλυμα παρελθὼν βιάζεσθαι, καὶ κρατήσας τῆς τε Ῥωμαϊκῆς B φρουρᾶς, καὶ τοῦ δήμου, τυραννεῖν, χρώμενος τοῖς συνεπομένοις δορυφόροις. φθάνει δὲ αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ, ἅμα ταῖς παρὰ Ῥωμαίων ἀσπίσι τῶν δορυφορικῶν ὁπλιτῶν, καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνεφήψατο τῆς ἀμύνης, ὡς τε συμβολῆς γενομένης, τὸν μὲν Αἰγύπτιον φυγεῖν μετ' ὀλίγων, ἀλλοφθαρέντων δὲ καὶ ζωγρηθέντων πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος σκεδασθὲν ἅπῃ τοῦ αὐτῶν, ἕκαστον ἀλαλαθεῖν. κατασταλμένων δὲ καὶ τούτων, ὥσπερ ἐν νοσοῦσι σώμασι, πάλιν ἕτερον μέρος ἐφλέγμαινεν. C οἱ γὰρ γόητες καὶ λῃστρικοὶ συναχθέντες πολλοὺς εἰς ἀπόστασιν ἐκίνουν, καὶ τοῖς ἐλευθερίαν παρεκρότουν, θάνατον ἀπειλοῦντες τοῖς πειθαρχοῦσι τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, καὶ βίαι ἀφαιρεθήσεσθαι λέγοντες, τοὺς ἑκουσίως δουλεύειν προαιρουμένους. μεριζόμενοι γὰρ εἰς τοῦτο χώραν καὶ λόχους, διήρπαζόν τε τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας, καὶ αὐτοὺς ἀνῄρουν, καὶ τὰς κώμας ἐνεπίμπρασαν. ὡς τε τὴν ἀπονοίας αὐτῶν, πᾶσαν τοῦ Ἰουδαίων D ἀναπίμπλασθαι. καὶ ἔτος μὲν ὁ πόλεμος καθ' ἡμέραν ἀνερρίπιζε. ἑτέρα δὲ παραχὴ συνίσταται περὶ Καισάρειαν, τῶν ἀναμεμιγμένων Ἰουδαίων τοῖς τὴν αὐτὴν οὖσιν Σύροις ἐπισπασάντων. οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν, σφετέραν εἶναι τοῦ πόλιν, Ἰουδαῖον γεγονέναι τὸν κτίσαντα αὐτῆς λέγοντες, Ἡρώδης ὁ βασιλεύς. οἱ δὲ ἕτεροι, τὸν οἰκιστὴν μὲν ὡμολόγουν Ἰουδαῖον, αὐτὴν μέντοι γε τοῦ πόλιν ἑλλήνων ἔφασαν. οὐ γὰρ ἂν ἀνδριάντας καὶ ναοὺς ἐγκαθιδρύσαι, Ἰουδαίοις αὐτοῦ ἀνατιθέντα. ἀφ' οὗπερ μὲν ἠμφισβήτουν ἑκάτεροι. ὡρμήσατο δὲ αὐτῆς τὸ φιλόνεικον εἰς ὅπλα, καθ' ἡμέραν οἱ θρασύτεροι παρ' ἀμφοῖν ἐπεδίδοσαν ἅπτεσθαι μάχης. οὔτε γὰρ Ἰουδαίων οἱ γέροντες τοὺς ἰδίους στάσιν κατισχεῖν, οἷόν τε ἦσαν, καὶ τῆς ἕλλησιν αἰσχρὸν ἐδόκει Ἰουδαίων ἐλαττοῦσθαι. ὑπῆρχον δὲ οἱ μὲν πλούτῳ καὶ σωμάτων ἀλκῇ. τὸ δὲ ἑλληνικὸν τῇ ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἀμύνῃ. F τὸ γὰρ πλέον Ῥωμαίοις τῆς ἐκεῖ δυνάμεως ἐκ συντάξεως εἰς κατειλεγμένον, καὶ καθάπερ συγγενεῖς, ἦσαν εἰς τὰς βοηθείας ἕτοιμοι. τοῖς γὰρ μὴν ἐπάρχοις Φρόντις ἦν ἀναστέλλων τοῦ παραχήν, καὶ τοὺς μαχιμωτέρους ἑκατέρωθεν ἀεὶ συλλαμβάνοντας σκόλακι μάστιξι καὶ δεσμοῖς. οὐ μὴν τὰ πάθη τῶν συλλαμβανομένων ἐνεποίει τοῖς καταλειπομένοις ἀναισχυνίαν ἢ δέος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον παρωξύνοντο πρὸς τοῦ στάσιν. νικῶντες δέ ποτε τοὺς Ἰουδαίους, παρελθὼν εἰς τοῦ ἀγορὰν ὁ Φῆλιξ, μὴ ἀτιμίας ἐπέλθοιεν ἀναχωρεῖν. τῶν δὲ μὴ πειθομένων, ἐπιπέμψας τοὺς στρατιώτας, ἀναιρεῖ συχνούς, ὧν ἀφαρπαγῶν σωθέντα καὶ τὰς οὐσίας. μηνύοντος δὲ τῆς στάσεως, ἐπιλέξας ἑκατέρωθεν τοὺς γνωρίμους, ἔπεμψε πρέσβεις ἐπὶ Νέρωνα, διαλεξομένους περὶ τῶν δικαίων.

Ant. lib. xx. cap. 12.

Succeſſit autem ei Feſtus, & hos qui maxime in- A feſtabant provinciam ſolicite perſecutus: latronum plurimos comprehendit atque interfecit.

CAP. XIII.

De præſidibus Judææ Albino & Floro. *Ant. lib. 20. cap. 15.*

VErum ſucceſſor ejus Albinus non eodem modo negotiis præfuit, neqve enim fuit aliqua malignitatis ſpecies, qvam ille præterierit. Denique non ſolum cauſis civilibus furabatur & diripiebat bona ſingulorum, neqve ſolum B tributorum additamentis in commune gentem gravabat: ſed etiam quos ob latrocinia decuriones civitatum comprehenderunt, vel qui à prioribus judicibus in cuſtodiis erant relicti, accepta à cognatis eorum pecunia, liberavit: & is ſolum qui non dediſſet, in carceribus quaſi nocentiſſimus remanebat. Per idem tempus, eorum quoque qui res novare cupiebant, in Hieroſolymis creſcit audacia. Ex quibus ſane, qui C erant opulenti Albinum largitione redimebant, ut eis tumultum moventibus non indignaretur: pars autem popularis quæ non ſatis gaudebat quiete, Albini participibus jungebatur. Unuſquiſque ergo improborum cohorte propria circundatus, ipſe quidem inter cæteros quaſi princeps latronum & tyrannus eminebat: ſtipatoribus vero ſuis ad direptionem mediocrium abu- D tebatur. Ita fiebat, ut hi quidem quorum vaſtabantur domus, tacerent: illi autem qui extra incommodum ſtetiſſent, metu ne ſimilia paterentur, etiam officiis ambirent eos, quos conſtabat dignos eſſe ſuppliciis. In commune autem *Ant. lib. 20. cap. 8.* omnium fuit intercepta fiducia, & erat tunc multiplex dominatio, & ſemina captivitatis futuræ jam ab illo tempore ſpargebantur. Cum E ſane ejuſmodi morum fuiſſet Albinus, tamen ſuccedens ei Geſſius Florus, optimum eum per comparationem ſui fecit videri. Ille ſiquidem plura occulte & cum fraude nocuerat: Geſſius vero iniquitates ſuas in univerſam gentem, tam palam quaſi gloriaretur, exercuit: ac velut non ad regendam provinciam, ſed ad damnatorum pœnas carnifex miſſus, neque rapinarum F ullum morem, neque afflictionum prætermiſit. In miſeris autem crudeliſſimus erat, in turpibus vero impudentiſſimus. Neque enim quis illo amplius offendit fallacia veritatem, neque commentus eſt callidiores nocendi vias. Huic ſiquidem viritim illatis diſpendiis lucra quærere exiguum viſum eſt: ſed totas ſimul deſpoliabat urbes, & labes populis inferebat, tantum non G voce per totam regionem edicens, liberum eſſe omnibus latrocinari, dum ipſe prædarum acciperet portionem. Denique ob illius avaritiam contigit totam pene deſeri regionem, ita ut plurimi ſedes patrias relinquentes, ad externas provincias commigrarent. Donec autem in Syria Ceſtius Gallus provinciam regebat, neque auſus quiſpiam Judæorum eſt adverſus Florum ad eum mittere legatos. Cum vero inſtante azymorum ſolennitate ipſe Hieroſolymam veniſſet, occurrens multitudo, quæ facilè tricies centenorum millium fuit, precabatur, ut gentis ſuæ calamitatibus ſubveniret, & peſtem illam provinciæ Florum, ut ejiceret clamitabat. Qui tamen cum ſub populi ore eſſet, & Gallo aſſiſteret, non ſolum nihil movebatur, ſed voces illas etiam deridebat. Ceſtius tamen compeſcens impetum populi, & edicens quod deinceps placatiorem eis Florum redderet, regreſſus eſt

ΚΕΦ. κδ'.

Διαδεξάμενος δὲ τούτου τὴν ἐπιτροπὴν Φῆστος, τὸ μάλιστα κλυζόμενον τὴν χώραν ἐπεξῆλθ'. τῶν γοῦν λῃστῶν συνέλαβε τοὺς πλείστους, & διέφθειρεν σὺν ὀλίγοις. ἀλλ' οὐχ ὁμῶς Φῆστον ἀλβῖνος τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξηγήσατο τῶν πραγμάτων. σὺν κέρδει γὰρ πᾶσι κακουργίας ἰδέαν παρέλιπεν. οὐ μόνον γοῦν ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ἐκλεπτε καὶ διήρπαζε τὴν ἑκάστων οὐσίαν, οὐδὲ τὸ πᾶν ἔθνος ἔβαρυν ταῖς εἰσφοραῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ λῃστῶν δεδεμένους παρὰ ἑκάστοις βουλῆς, ἢ τῶν ἐπιτρόπων ἀπιτρόπων, ἀπέλυτρου τοῖς συγγενέσι, & μόνον ὁμὴ δοὺς, τοῖς δεσμωτηρίοις ὡς πονηρὸς ἐγκατέλειπετο. τοιγαροῦν καὶ τῶν νεωτερίζειν βουλομένων ἐν ἱεροσολύμοις, ἐθάρσυνεν αἱ τόλμας· καὶ χρήμασι μὲν οἱ δυνατοὶ τὸ ἀλβῖνον ἐπελάμβανον, ὡς τι δ' ἐπισπάζειν αὐτοῖς παρέχειν ἄδειαν. ἐκ δημοτικοῦ δὲ τὸ μὴ χαίρον ἡσυχία πρὸς τοὺς ἀλβίνου κοινωνοὺς ἀπέκλινεν. ἕκαστος δὲ τῶν πατρῴων, ἰδίων σῴζεσθαι μᾶλλον, αὐτὸς μὲν ὥσπερ ἀχλυηρὸς ἢ τυραννικὸς ἐπανεῖχεν σὺν δὲ λόγοις. τοῖς δορυφόροις δὲ, πρὸς ἁρπαγὰς τῶν μετρίων κατεχρῆτο. σωθέντες δὲ, τοὺς μὲν ἀφῃρημένους ὑπὲρ ὧν ἀναγκαίων ἐχέλευ, σιωπᾶν. τοὺς δ' ἁλόντας δὲ, δεῖν δὲ μὴ τὰ αὐτὰ πάθειν, καὶ κολακεύειν τὸν ἄρχοντα κολάσεως. καθόλου δὲ ἡ μὲν παρρησία πάντων ἐπεκέκοπτο, τυραννὶς δὲ ἐπὶ πλείστων ἐπεκέκοπτο, τυραννὶς δὲ ἐπὶ πλείστων, καὶ τὰ σπέρματα τῆς μελλούσης ἀλώσεως ἐν τῇ πόλει κατεβάλλετο. τοιοῦτον δὲ ὄντα τὸν ἀλβῖνον, ἀπιδὼν ἐπ' ἐμὲ τοῦτον ἐλθὼν γέσσιος φλῶρος, ἀγαθώτατον μὲν συγκρίσει. ἐμὲν γὰρ λάθρᾳ τὰ πολλὰ, καὶ μεθ' ὑποκρίσεως ἐκακούργησε. γέσσιος δὲ τοὺς ἐς τὸ ἔθνος ἀδικήματος ἐπόμπευσε, καὶ ὥσπερ ὅπλα τιμωρίας κατακριτῶν πεμφθεὶς δήμιος, οὔτε ἁρπαγῆς τινὰ τρόπον, οὔτε αἰκίας παρέπεμπεν. ἐν δὲ τοῖς ἐλεεινοῖς, ὠμότατος, ἐν δὲ τοῖς αἰσχροῖς, ἀναιδέστατος. οὔτε δὲ πλείω τὶς ἀπιστίαν τῆς ἀληθείας κατέχεεν, οὔτε ἐν τῷ πανουργεῖν δολιωτέρας ὁδοὺς ἐπενόησεν. ὡ τὸ μὲν κατ' ἄνδρα κερδαίνειν, μικρὸν ἐδόκει. πόλεις δὲ ὅλας ἐξεδίδυσκε, καὶ δήμους ἀθρόους ἐλυμαίνετο, καὶ μικρὸν ἐδόκει σὺν σκήπτρῳ ἐν τῇ χώρᾳ πᾶσιν ἐξεῖναι λῃστεύειν, ἐφ' ᾧ μέρος αὐτὸς λήψεται τῶν λαφύρων. ἀφ' οὗ γὰρ τὴν ἐκείνου πλεονεξίαν, πᾶσαι ἐρημωθῆναι συνέβη τὰς τοπαρχίας, καὶ πολλοὺς τῶν πατρίων ἐθῶν ἐξαναστάντας, φυγεῖν εἰς τὰς ἀλλοτρίους ἐπαρχίας. μέχρι μὲν οὖν ἐν συρίᾳ κέστιος γάλλος ἦν ἐπιτροπεύων τὰς ἐπαρχίαν, οὐδὲ πεισθῆναί τις πρὸς αὐτὸν ἐτόλμησε κατ' ἐκείνου. ὡς δὲ φλώρου. ὡς δὲ ἐπεδημήσαμεν ἐς ἱεροσόλυμα, τῆς τῶν ἀζύμων ἑορτῆς ἐνιστάσης, πρὸς ἐκ δήμου σὺν ἐλάττους τετρακοσίων μυριάδων, ἐκέκραγον τὰς δ' ἔθνους συμφορὰς, καὶ τὸν λυμεῶνα τῆς χώρας φλῶρον ἐκκρέμασον. ὁ δὲ παρεὼν, καὶ τὸ κέστιον παρεστὼς, διεχλεύαζε τὰς φωνάς. ὅταν μὲν κέστιον τὸν ὄχλον κατασείλας, καὶ δοὺς ἐμφασιν, ὡς πρὸς τὸ μέλλον αὐτὸς τὸν φλῶρον κατασκεδάσαι μετριώτερον, ὑπέστρεψεν εἰς ἀρ-

Succeſſit autem ei Feſtus, & hos qui maxime infeſtabant provinciam ſolicite perſecutus: latronum plurimos comprehendit atque interfecit.

CAP. XIII.

VErum ſucceſſor ejus Albinus non eodem modo negotiis præfuit, neqve enim fuit aliqua malignitatis ſpecies, qvam ille præterierit. Denique non ſolum cauſis civilibus furabatur & diripiebat bona ſingulorum, neqve ſolum tributorum additamentis in commune gentem gravabat: ſed etiam quos ob latrocinia decuriones civitatum comprehenderunt, vel qui à prioribus judicibus in cuſtodiis erant relicti, accepta à cognatis eorum pecunia, liberavit: & is ſolum qui non dediſſet, in carceribus quaſi nocentiſſimus remanebat. Per idem tempus, eorum quoque qui res novare cupiebant, in Hieroſolymis creſcit audacia. Ex quibus ſane, qui erant opulenti Albinum largitione redimebant, ut eis tumultum moventibus non indignaretur: pars autem popularis quæ non ſatis gaudebat quiete, Albini participibus jungebatur. Unuſquiſque ergo improborum cohorte propria circundatus, ipſe quidem inter cæteros quaſi princeps latronum & tyrannus eminebat: ſtipatoribus vero ſuis ad direptionem mediocrium abutebatur. Ita fiebat, ut hi quidem quorum vaſtabantur domus, tacerent: illi autem qui extra incommodum ſtetiſſent, metu ne ſimilia paterentur, etiam officiis ambirent eos, quos conſtabat dignos eſſe ſuppliciis. In commune autem *Ant. lib. 20. cap. 8.* omnium fuit intercepta fiducia, & erat tunc multiplex dominatio, & ſemina captivitatis futuræ jam ab illo tempore ſpargebantur. Cum ſane ejuſmodi morum fuiſſet Albinus, tamen ſuccedens ei Geſſius Florus, optimum eum per comparationem ſui fecit videri. Ille ſiquidem plura occulte & cum fraude nocuerat: Geſſius vero iniquitates ſuas in univerſam gentem, tam palam quaſi gloriaretur, exercuit: ac velut non ad regendam provinciam, ſed ad damnatorum pœnas carnifex miſſus, neque rapinarum ullum morem, neque afflictionum prætermiſit. In miſeris autem crudeliſſimus erat, in turpibus vero impudentiſſimus. Neque enim quis illo amplius offendit fallacia veritatem, neque commentus eſt callidiores nocendi vias. Huic ſiquidem viritim illatis diſpendiis lucra quærere exiguum viſum eſt: ſed totas ſimul deſpoliabat urbes, & labes populis inferebat, tantum non voce per totam regionem edicens, liberum eſſe omnibus latrocinari, dum ipſe prædarum acciperet portionem. Denique ob illius avaritiam contigit totam pene deſeri regionem, ita ut plurimi ſedes patrias relinquentes, ad externas provincias commigrarent. Donec autem in Syria Ceſtius Gallus provinciam regebat, neque auſus quiſpiam Judæorum eſt adverſus Florum ad eum mittere legatos. Cum vero inſtante azymorum ſolennitate ipſe Hieroſolymam veniſſet, occurrens multitudo, quæ facilè tricies centenorum millium fuit, precabatur, ut gentis ſuæ calamitatibus ſubveniret, & peſtem illam provinciæ Florum, ut ejiceret clamitabat. Qui tamen cum ſub populi ore eſſet, & Gallo aſſiſteret, non ſolum nihil movebatur, ſed voces illas etiam deridebat. Ceſtius tamen compeſcens impetum populi, & edicens quod deinceps placatiorem eis Florum redderet, regreſſus eſt

ὡς ἀντιόχειαν. προέπεμπε δ' αὐτὸν μέχρι καισαρείας Φλῶρος, ἐξαπατῶν, καὶ πόλεμον ἤδη τῷ ἔθνει συμμένος ἐπεφύτευεν, ᾧ μόνῳ συγκρύψειν τὰς αὐτοῦ ἀνομίας ἐλπίζων. εἰρήνης μὲν γὰρ ὄσης, κατηγόρους ἔξειν ἔφη καίσαρος Ἰουδαίους προσεδόκα. πραγματοδυσμενὲς δ' ὄντως ἐστὶν αὐτῶν, τοῦ μείζονι κακῷ προεισάγειν τὸν ἔλεγχον αὐτῶν ὄντα τῶν μετριωτέρων. ὁ μὲν οὖν ὡς ἂν ἀποστραγγίσῃ τὸ ἔθνος, καὶ ἡμέραν ἐπέτεινεν αὐτοῖς τὰς συμφοράς.

A Antiochiam. Deduxit autem eum usque ad Cæsaream Florus, illudens mendaciis, & Judæorum genti bellum sedulo comminiscens, quo scilicet solo iniquitates suas occultari posse credebat. Pace siquidem permanente, habiturum se apud Cæsarem accusatores Judæos: verum si defectionem negotiatus fuisset, majore utique malo abducendam a se esse invidiam peccatorum minorum. Igitur ut gens ab Romano abrumperetur

B imperio, sedulo indies augebat calamitates. Per idem tempus apud Neronem Cæsarienses gentiles victores extitere, decretumque istud contestantes literas attulerunt: perque hoc bello Judaico dabatur exordium, duodecimo scilicet anno regni Neronis, decimoseptimo autem regni Agrippæ mense Majo.

Κεφ. κε.

ΕΝ δ' τούτῳ καὶ οἱ καισαρέων ἔλλανες, πεπηρωκότες πρὸ νέρωνι τὴν πόλεως ἀρχήν, τὰ δ' κρίσεως ἐκάμισαν χαράγματα, ἃ προσελάμβανε τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος, δωδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆ νέρωνος ἡγεμονίας, ἑπτακαιδεκάτῳ δ' τῆ ἀγρίππα βασιλείας, ἀρτεμισίου μηνός. προὸς δ' τὸ μέγεθος τῶν ἐξ αὐτοῦ συμφορῶν, οὐκ ἀξίαν ἔχειν φάσιν. οἱ μὲν γὰρ καισαρείᾳ ἰουδαῖοι, συναγωγὴν ἔχοντες ἐγγὺς χωρίον, οὐ δεσπότης ἦν τις ἕλλην καισαρεύς, πολλάκις μὲν κτήσασθαι, τὸν τόπον ἐωνοῦντο, πολλαπλάσιον τῆς ἀξίας δόντες. ὡς δ' ἐπιτρόπων τοῖς δεομένοις, πρὸς ἐπιφάνειαν ἐπὶ καὶ προσοικοδομῆ τὸ χωρίον οἰκεῖν, ἐργασίᾳ καταστασιάζομένων, στενὴν δ' καὶ παντάπασι βιαίαν πάροδον ἀπέλιπεν αὐτοῖς, τὸ μὲν πρῶτον οἱ θερμότεροι τῶν νέων προπηδῶντες, οἰκοδομεῖν ἐκώλυον. ὡς δ' τούτους ἔργῳ τῆς βίας Φλῶρος ἀμηχανοῦντες οἱ δυνατοὶ τῶν ἰουδαίων, σὺν οἷς ὁ τελώνης ἰωάννης, πείθουσι τὸν Φλῶρον δεχρήσασθαι τοῖς ὀκτὼ, ἵνα κωλύσωσι τὸ ἔργον. ὁ δ' πρὸς μόνον τὸ λαβεῖν ὑποχόμενος πάντα συμπράξειν, λαβὼν, ἐξῆσε τῆς καισαρείας εἰς σεβαστὴν, καὶ καταλείπει τῷ ἰδίῳ αὐτεξουσίῳ, ὥσπερ ἄδειαν παρεχὼν ἰουδαίοις τοῦ μάχεσθαι. τῆς δ' ὑπαύσης ἡμέρας ἑβδομάδος οὔσης, τῶν ἰουδαίων εἰς τὴν συναγωγὴν ἀθροισθέντων, στασιάσας τις καισαρεὺς θύραν καταστρέψας, καὶ θύσας τὴν ἔσωθεν αὐτῶν θεμένου, ἐπέτρεψεν ὄρνεις. τοῦτο τοὺς ἰουδαίους ἀνηκέστως παρώξυνεν, ὡς ὑβρισμένων αὐτοῖς τῶν νόμων, μεμιαμμένου δ' ὃ χωρίου. τὸ μὲν γὰρ ἀνεχθὲς καὶ πρῶτον, ὅτι τοὺς ἡγεμόνας καταφθάνειν πάλιν ὥστε χρεών. τὸ δεύτερόν δ' καὶ ἐν νεότητι φλεγμαῖνον, ἐξεκαίετο πρὸς μάχην. θορυβηθέντες δ' εἰσήκεσαν οἱ τῶν καισαρέων στασιασταί. τὴν δ' ὑπερθυσαντα προπέμφασι σὺν συμπάσῃ, καὶ ταχέως ἐλθὼν ἡ συμβολὴ προσελθὼν δ' ἐκεῖνος ὁ Μάρκωλος πεπαγμένον ἐπὶ ἀρχῆς, τὴν τε θύραν αἴρει καὶ καταπαύει ἐπιφανῆ τοῖς θεοῖς. ἠθυμηκότων δ' αὐτῶν τῆς τῶν καισαρέων βίας, ἰουδαῖοι τοὺς νόμους ἁρπάσαντες, ἀνεχώρησαν εἰς νάβαταν. χώρα τις αὐτῶν οὕτω καλεῖται, σταδίους ἑξήκοντα διέχουσα τῆς καισαρείας. οἱ δ' τῶν ἰουδαίων δυνατοὶ δώδεκα πρὸς Φλῶρον ἐλθόντες εἰς σεβαστὴν, ἀπωδύροντο περὶ τῶν πεπραγμένων, καὶ βοηθεῖν ἱκέτευον, ἀφθήμονας ὑπομιμνήσκοντες τῶν ἐκτὸς τάλαντων. ὁ δ' καὶ συλλαβὼν εἶπε τοὺς ἄνδρας αἰτιώμενος ὑπὲρ τῶν νόμους ἐξενεγκεῖν τῆς καισαρείας. πρὸς πᾶσι τῶν ἐν ἱεροσολύμοις ἀγανάκτησις ἦν, ἐπὶ μὲν τοῖ, καὶ τοὺς

CAP. XIV.

De Floro sæviente in Judæos, Cæsarienses & Hierosolymitas. Anni. lib. 20. cap. 25.

AD magnitudinem autem excitatorum de eo malorum, nequaquam idoneas causas habuisse deprehenditur. In Cæsarea siquidem habitantes Judæi, habebant synagogam prope locum, cujus erat dominus gentilis quidam Cæsariensis. & frequenter quidem egerant, ut ad eorum jus illa possessio jungeretur. multis partibus majus precium quam res meruerat offerentes. dominus autem loci preces eorum despexisse non contentus, ad majorem dolorem ædificavit in loco tabernas, ita ut angustum eis transitum & prorsus coarctatum relinqueret. Primum igitur ferventiores aliqui juvenum prosilientes, ædificationem vetabant. Cum vero Florus hos a prohibendo cohiberet, non habentes Judæorum nobiles quid agerent, inter quos erat etiam Joannes publicanus, insectum Florum oblatione octo talentorum, ut ædificationem vetaret. Ille autem, ob capiendum tantummodo, promittens se cuncta facturum, accepta pecunia statim de Cæsarea egressus est, venitq; in Sebasten, seditioni tribuens facultatem, quasi qui pugnæ spatium Judæorum summatibus vendidisset. Sequenti autem die, Judæorum sabbato, cum plebs ad synagogam coisset, seditiosus quidam Cæsariensis vas Samium ante ingressum eorum ponens, alites immolabat. Hoc factum Judæos incoercibiliter accendit, & legem suam quippe contumeliam pertulisse, & locum ipsum dicebant fuisse pollutū. pars autem Judæorum, quæ erat constantior, atq; moderatior denuo apud judices esse conquerendum rebatur. Seditiosi autē & juventute turgentes Judæi, effundebantur in rixam. Stabant autē ad confligendum parati etiam Cæsariensium tumultuosiores. Ex composito quippe missus fuerat, qui pro synagogæ foribus immolaret: sicque continuo est pugna commissa. Interveniens autem Jucundus, qui ad prohibendum erat relictus, præfectus equitum, vas illud quidem quod positum fuerat jussit auferri, & tumultum sedare pergebat. Cum vero superatus esset præ Cæsariensium violentia, Judæi statim libros legis rapientes secessērunt in Nabata: regio quædam eorum hoc nomine appellatur, dirempta a Cæsarea stadiis sexaginta. Primates autem eorum duodecim, cum Johanne in Sebasten ad Florum venerunt, de his quæ acciderant conquerentes, & ut auxilio esset rogabant, quamvis reverenter, tamen eum & de octo talentis admonentes. Ille vero illico comprehensos eos vinciri jussit, arguens cur leges de Cæsarea auferre ausi fuissent. ob hoc igitur apud Hierosolymitanos gravissima indignatio nascebatur: verumtamen adhuc

iram ſuam frenabant. Florus vero, quaſi ad hoc operam ſuam locaſſet, ut bellum inflammaret, miſit ad ſacrum theſaurum, ut inde decem & ſeptem talenta auferrentur, quaſi eam pecuniam impenſæ Cæſaris flagitaret. Tunc vero ſtatim invaſit populum multa confuſio: concurrentes ad templum, maximis vocibus nomen Cæſaris appellabant, ut à tyrannide Flori liberarentur orantes. Quidam autem ſeditioſorum in Florum maledicta jaciebant ultima: & caniſtrum circumferentes ſtipem ejus nomine poſtulabant, quaſi inops & miſerrimus talibus indigeret auxiliis. His autem omnibus nihil eſt à cupiditate deterritus, ſed multo magis ad deprædandum irritatus eſt. Denique cum deberet Cæſaream veniens ignem belli illic naſcentis extinguere, cauſasque tumultuum ſubmovere, pro quo etiam mercedem acceperat pactus: tamen cum exercitu equitum atque peditum Hieroſolymam contendit, ut Romanis armis ad qvod volebat uteretur, ac timore & minis urbem circumdaret. Tunc populus lenire ejus impetum volens, obviam militibus proceſſit, cum ſolitis utique favoribus, & Florum honorare officiis paratus. Ille vero præmittens cum equitibus quinquaginta centurionem, nomine Capitonem diſcedere eos juſſit: Neve eum, in quem tam gravia maledicta jeciſſent, falſo denuo honore deluderent. Oportere quippe eos, ſi viri ſunt fortes, animique conſtantis, etiam in præſentem effundere contumelias: nec ſolum in verbis, ſed etiam in armis amorem libertatis oſtendere. His dictis exterrita multitudo, ſimul etiam militibus, qui cum Capitone venerant, in medium vulgus irruentibus, diffugerunt, antequam Florum ſalutarent, aut militibus officia conſueta redderent. Diſcedentes igitur in domos, cum metu atque humilitate pervigilem duxere noctem. Florus autem tunc quidem degit in regia, poſtridie autem adverſum eos extructo tribunali ſublimius reſedit: convenienteſque ſacerdotum principes, & civitatis univerſa nobilitas, aſtiterunt tribunali. His præcepit Florus, ut omnes qui maledicta in eum ſuccla maſſent, protinus dederent: edicens in ipſos eſſe, niſi reos produxerint, vindicandum. Ad hæc reſpondent Judæi, populum quidem pacifica quæque ſentire, illis vero qui erraviſſent in verbis, veniam conferendam poſtulabant. In tanta ſiquidem multitudine, nihil eſſe mirandum, offendi aliquos temerarios, & per ætatem inſipientes: eſſe autem impoſſibile eorum qui deliquerint, diſcrimen agitari, cum & ſingulos nimirum pœniteat, & præ timore ad negandum ſint parati. debere tamen illum ſi conſuleret gentis quieti, & vellet Romano imperio ſervare urbem, magis propter

θυμίους κατέσχον. ὁ δὲ Φλῶρος ὥσπερ ἐργαλεῖόν τι πρὸς τὸν πόλεμον, ἐκπέμψας ἐπὶ τὸν ἱερὸν θησαυρὸν, ἐξαίρει ἑπτακαίδεκα τάλαντα σκηψάμενος εἰς τὰς καίσαρος χρείας. συγχύσεως δ' οὔσης ἐκεῖ τὸ δῆμον, καὶ συνδραμόντες εἰς τὸ ἱερὸν βοαῖς ἀλαπτικοῖς, καὶ τὸ καίσαρος ἀνακαλεῖν ὄνομα, καὶ τὸ Φλώρου τυραννικὸν ἐλεύθερον ὀφᾶς ἱκετεύειν. ἔνιοι δὲ τῶν στασιαστῶν λοιδορίας ὑβριστὰς εἰς τὸν Φλῶρον ἐκεκράγεσαν, καὶ κανὸν ἐπιφέροντες ἐπὶ πᾶσιν αἰσχρὸν κέρμα, καθάπερ ἀκλήρῳ, καὶ πτωχοπώρῳ. τέτοις δὲν ἐνεχαίρει τὸ φιλαργυρεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μᾶλλον χρήματος ὠργίζετο. δέον γὰρ εἰς ἡμιωρείαν ἐλθόντα σβέσαι τὸ μὲν πόλεμον πῦρ ἐκκαῦσαν ἀρχόμενον, καὶ τὸ παρόντος ἀνελεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' ᾧ καὶ μισθὸν ἔλαβεν, ὁ μὲν σπείρας ἱππικῆς τινὰ καὶ πεζικῆς, ἐπὶ ἱεροσολύμων ὥρμησεν, ἵνα τοῖς ῥωμαίων ὅπλοις ἐρείσῃ, καὶ τὸ δεῖν καὶ τὸ ἁπλοῦς θεραπεύσῃ τὴν πόλιν. ὁ δὲ δῆμος προσδυσωπήσας τὴν ὀργὴν αὐτοῦ βουλόμενος, ὑπαντᾷ τοῖς σπείραρχοις μετὰ δᾴδων, καὶ τὸ Φλώρου στρατόπεδον ὅπλοις ἐκδεχόμενος παρεσκεύασε. καὶ κῆνσος προπέμψας σὺν ἱππεῦσιν πεντήκοντα καπτωνᾶ ἑκατοντάρχην, ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐκέλευε, καὶ μὴ πρὸς ὃν ἔτως ἐλοιδόρησαν αἰσχρῶς, ἱεροσυλεῖν τοὺς νεῶ φιλοφρονήσῃς. δεῖν γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ ἡμαίων εἰ καὶ παῤῥησιάσεσθαι, σκώπτειν μὲν αὐτὸν καὶ παρόντα. φαίνεσθαι μὴ μόνον ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις φιλελεύθερους. ἔτω καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τοῖς καπτωνᾶ ἱππεῦσιν εἰς μέσους φερομένοις, διεσκεδάσθη, πρὶν ἀπάσασθαι τὸν Φλῶρον, ἢ τοῖς στρατώταις φανερὸν ποιῆσαι τὸ πρόθυμον. ἀναχωρήσαντες εἰς τὰς οἰκίας μετὰ δείλης καὶ παννύστατος διενυκτέρευον. Φλῶρος μὲν τότε ἐν τοῖς βασιλείοις αὐλίζεται. τῇ δ' ὑστεραίᾳ βῆμα πρὸ αὐτῶν θέμενος καθέζεται, καὶ προσελθόντες οἵ, τε ἀρχιερεῖς καὶ δυνατοὶ, τε, καὶ γερουσιάρχαι τῶν τε πόλεως πᾶν, παρέστησαν τῷ βήματι. τούτοις ὁ Φλῶρος ἐκέλευσε τοὺς λοιδορήσαντας αὐτὸν ἐκδοῦναι, φάμενος αὐτοὺς ἀπολαύσειν τῆς ἀμύνης, εἰ μὴ προαιροῖεν τοὺς αἰτίους. οἱ δὲ τὸ μὲν δῆμον ἀπέφαινον ἰσχνικὰ φρονοῦντα, πῆς δὲ ὧδε φθεγξάμενος ἦτεν συγγνώμην. ἐν γὰρ τοσούτῳ πλήθει, ἀμαυρὸν ἐδὲν εἶναι νᾶς θρασυτέρους, καὶ δι' ἡλικίαν ἀφρονας. ἀμήχανον δὲ τῶν ἡμαρτηκότων τὸ διακρῖναι ῥᾳδίως. ἑκάστε μετανοοῦντας τε, καὶ δι' ἃ δέδοικεν ἐγκαλοῦσι. δὲν μᾶλλον γε σκῆπτρον προνοεῖν τὸ κῆ τὸ ἔθνος ἱερώνης, ἢ βουλεύεσθαι ῥᾳμαίοις πρὸς ὠλέσαι τὸν πόλιν, ἢ μᾶλλον διὰ τοὺς πολλοὺς ἀκαθαρτήτους, συγγνώναι τε τοῖς ὀλίγοις πλημμελήμασιν, ἢ δι' ὀλίγους πονηροὺς πρᾶξαι δῆμον ἀγαθὸν πρὸς τοῦτον. πρὸς ταῦτα μᾶλλον παροξυνθεὶς, ἐμβοᾷ τοῖς στρατιώταις διαρπάζειν τε τὸ ἄνω καλουμένην ἀγορὰν, καὶ κτείνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας. οἱ δὲ δημόται κέρδους προσλαμβάνοντες ἡγεμονικὴν παρακέλευσιν, οὐ μόνον ἐφ' ὃν ἐπεμέφησαν τόπον ἤρπαζον, ἀλλὰ καὶ πάσας ἐμπηδῶντες τὰς οἰκίας, ἔσφαζον τοὺς οἰκήτορας. φυγὴ δ' ἦν ἐν τῶν στενωπῶν, καὶ φόνος τῶν καταλαμβανομένων, τρόπος τε ἁρπαγῆς οὐδὲς παρελείπετο. καὶ πολλοὺς τῶν μετρίων συλλαμβάνοντες, ἤγαγον τὸν Φλῶρον

multos innoxios dare veniam etiam paucis delinquentibus, quam propter paucos improbos perturbare multitudinem tantam bonorum. Ad hæc vero ille magna indignatione inflammatus, militibus exclamavit, ut forum rerum venalium, quod erat in ſuperiori parte civitatis, diriperent, ac paſſim obvios trucidarent. Illi vero ad lucri ſui cupidinem addita autoritate rectoris, non ſolum illum diripuerunt locum, in quem fuerant immiſſi, ſed in univerſas inſilientes domos, interficiebant habitatores. Fuga autem erat per angiporta omnia, & cædes eorum qui comprehendebantur: direptionis quoque nulla ſpecies præteribatur. Multos autem etiam nobilium comprehendentes adduxerunt ad

φλῶρον ἦγον, οὓς μάστιξι προσπαίσας, ἀνεσταύρωσεν. ὁ γοῦν σύμπας τῶν σκηνῆς ἀποτομιέων τῆς ἡμέρας ἀριθμὸς, σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις (οὐδὲ γὰρ νηπίων ἀπέχοντο) μετὰ τριακοσίας σωὴχθη. βαρυτέραν δ' ἐποίει τὴν συμφορὰν, τὸ καινὸν τῆς ῥωμαίων ὠμότητος. ὁ γὰρ μηδεὶς πρότερον, τότε Φλῶρος ἐτόλμησεν, ἄνδρας ἱππικοῦ τάγματος μαστιγώσας πρὸ βήματος, καὶ σταυρῷ προσηλώσας, ὧν εἰ καὶ τὸ γένος Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τὸ γοῦν ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν ἦν.

A Florum, quos ille verberibus laniatos in crucem fustulit. Denique omnis numerus illo interfectorum die cum parvulis & mulieribus (neque enim vel lactantibus pepercerant) fuit sexcenti & triginta. Graviorem autem faciebat calamitatem videri novitas Romanæ calamitatis: quod enim nemo unquam prius, tunc Florus ausus est, ut viros scilicet equestris ordinis pro tribunali flagellis cæderet, ac patibulis affigeret: qvorum etsi origo Judæa tamen Romana dignitas erat.

ΚΕΦ. κϛ.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὁ μὲν βασιλεὺς ἀγρίππας ἔτυχεν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν πεπορευμένος, ὅπως ἀλεξάνδρῳ σωηθείη πεπιστευμένῳ τὴν αἴγυπτον ὑπὸ νέρωνος, καὶ πεμφθέντι διέπειν. τὴν δ' ἀδελφὴν αὐτοῦ βερνίκην παρεῦσαν ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ τὴν ὠμότητα τῶν στρατιωτῶν ἀποτεθεωμένην δεινὸν ἐποιήσατο πάθος, καὶ πολλάκις τοὺς τε ἱππάρχας αὐτῆς καὶ σωματοφύλακας πέμπουσα πρὸς φλῶρον ἐδεῖτο παύσασθαι φόνου. καὶ ὁ μὲν ἔτι εἰς τὸ πλῆθος τῶν ἀναιρουμένων, ἔτε εἰς τὴν ἀγένειαν τῆς παρακαλούσης, ἀλλ' εἰς μόνον τὸ λυσιτελὲς τὸ ἑκατῶν ἁρπαγῶν ἀποβλέπων, παρήκουσεν. ἡ δ' ὁρμὴ τῶν στρατιωτῶν ἐλύσησε καὶ κατὰ τῆς βασιλίδος. ἃ μόνον γοῦν ἐν ὄμμασιν αὐτῆς ἠκίζοντο τοὺς ἁλισκομένους καὶ διεφθείρον, ἀλλὰ κἂν αὐτῇ ἐπῆλον, εἰ μὴ καταφυγεῖν εἰς τὴν βασιλικὴν αὐλὴν ἔφθη. κἀκεῖ διενυκτέρευσε μετὰ φυλακῆς, δεδοικυῖα τὴν στρατιωτῶν ἔφοδον. ἐπεδήμει δ' ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, ἐκ θείου ἐκπεπλουτισμένη τῷ θεῷ. τοὺς δὲ ἡνίσω καταπονουμένους, ἢ τινα ἄλλως ἀνάγκης, εἰθὸς ἦν ἐκείνῃ πρὸ τριακοντα ἡμερῶν; ἧς ἀποδοῦναι μέλλοιεν θυσίας, οἶνόν τε ἀφιέναι καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας. ἃ δὴ τότε πεπονθυῖα βερνίκη, γυμνούμενος τε πρὸ βήματος ἱκέτευσε τὸν φλῶρον, καὶ πρὸς τὸ μὴ τυχεῖν αἰδοῦς αὐτῇ, τὸν πρὸ ζέω κίνδυνον ἐπείρασεν. ταῦτα μὲν οὖν ἐκκαιδεκάτῃ μηνὸς ξανθικοῦ συνέβη. τῇ δὲ ἑπομένῃ τὸ μὲν πλῆθος ἐπαπειλήσαν, εἰς τὴν ἄνω συνέῤῥωσεν ἀγορὰν, καὶ βοαῖς ἐξαισίοις πρὸς τῶν ἀποληλοτῶν ἀνωδύροντο. τὸ πλέον δ' ἦσαν εἰς τὸν φλῶρον ἐπίφθονοι φωναί. πρὸς ὃ δείσαντες οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας προεῤῥήξαντο, καὶ προπεσόντες ἱκέτευον. ἐδέοντο παύσασθαι, καὶ μὴ πρὸς οἷς πέπονθεν εἰς ἀνήκεστόν τι τὸν φλῶρον ἐρεθίζειν. ἐπείθη δ' τὸ πλῆθος ταχέως; αἰδοῖ τε τῶν προκαλούντων, καὶ κατ' ἐλπίδα δὲ μηδὲν ἔτι τὸν φλῶρον εἰς αὐτοὺς προσομόσαι.

B

ΚΕΦ. κζ.

Ὁ δὲ σεβαστὸς τῆς παραχῆς ἤχθετο, καὶ πάλιν αὐτῷ ἀναλῦσαι πραγματευόμενος, τούς τε ἀρχιερεῖς σὺν τοῖς γνωρίμοις μεταπεμπτέους ἡγεῖτο μόνον ἔφη τεκμήριον ἔσεσθαι, δὲ μηδὲν ἔτι τὸν δῆμον νεωτερίσαι, εἰ προελθόντες ὑπαντήσουσι τοῖς ἀπὸ καισαρείας ἀνιοῦσι στρατιώταις. παρεγίνοντο δ' δύο σπείραι. τῶν δ' ἔτι συγκαλουμένων τὸ πλῆθος, προπέμψας διεδήλου τοῖς τῶν σπειρῶν ἑκατοντάρχοις, ὅπως παραχθῶσι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς, μήτε ἀντιπαίσασθαι τοὺς ἰουδαίους, κἂν τι κατ' αὐτῶν φθέγξωνται, ἀρήσασθαι τοῖς ὅπλοις. οἱ δ' ἀρχιερεῖς εἰς τὸ ἱερὸν τὸν πλῆθον συναγαγόντες ὑπαντᾶν τοῖς ῥωμαίοις παρεκάλουν καὶ πρὸ ἀνηκέστου πάθους, τὰς σπείρας δεξιοῦσθαι.

C

CAP. XV.

De alia oppressione Hierosolymorum dolo Flori.

Per idem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus ut Alexandrum, qui Ægyptum procurabat missus à Nerone, jure hospitis convehiret. Germanam autem suam Berenicen, Hierosolymis inventam & iniquitatem militum videntem, gravis ob hoc angor invaserat. & frequenter quidem præfectos equitum suorum, custodesque corporis mittens ad Florum precabatur, ut à cæde desineret. Ille vero neque in multitudinem interfectorum, neque in nobilitatem precatricis, sed tantum in lucra sua, quæ de rapinis congregarentur, aspiciens, contempsit annuere: impetus autem militum etiam adversum reginam efferatus est. Non solum quippe sub oculis ejus obvios qvosque mulctabant atque trucidabant, sed etiam ipsam, nisi confugisset in aulam, interfeciissent. Ibi autem pervigilem noctem cum intenta custodia egit, verens utique irruptionem militum. Venerat autem Hierosolymam, ut vota Deo solveret. His enim qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequam immolent hostias: abstinere quoque vino, & capillos radere. Quem morem Berenicè regina illis exercens diebus, nudipes etiam ante tribunal stetit, deprecans Florum: & præter quod nihil honoris habitum est, etiam de vita sua periclitata est. Hæc autem facta sunt sexto decimo die mensis Maji. Postridie autem conveniens multitudo in forum, quod erat in superiori parte civitatis, magis clamoribus de his qui interfecti fuerant, querebantur: potissimum autem invidiosæ in Florum voces erant: quod veriti primates quique & pontifices, disruptis vestibus, & viritim singulos comprehendentes, postulabant, ut ab his verbis, qvorum causa tanta mala pertulerant, desisterent, neque in majorem indignationem Florum moverent. Sicque sedata est multitudo, tam reverentia precantium, quam spe quod nequaquam Florus ultra in eos sæviret. Ille autem videns multitudinis tumultum fuisse compressum, angebatur, & denuo eam inflammare cupiens, pontifices cum nobilibus advocavit. Itaque unum ait argumentum fore, qvod nihil ulterius de novandis rebus cogitaret, si populus obviam procederet militibus de Cæsarea venientibus: veniebant autem duæ cohortes. Qui cum convocasset populum ad occurrendum, mandat centurionibus, ut nullam salutationem redderent obviantibus Judæis. Ad qvod si offensi petulanter quippiam, essent locuti, statim in eos uterentur armis. Pontifices ergo collecta multitudine in templo, precabantur, ut occurrerent Romanis; & ante grave incommodum cohortes solenniter salutarent.

D

E

F

G

His hortationibus seditiosi quique abruebant, & ob interfectorum dolorem reliqua multitudo jungebatur audacibus. Tunc vero omnes sacerdotes omnesque levitæ sacra vasa proferentes ornatumq; templi, citharistæ etiam & cantores cum musicis organis procidebant ante multitudinem, & obnixissime precabantur, ut illum templi honorem custoditum esse vellent, neq; ad direptionem vasorum sacrorum Romanos contumeliis incitarent. Erat autem videre ipsos sacerdotum principes sparsis cinere capitibus, & pectora diruptis vestibus nuda monstrantes, nominatim singulos quosque nobilium compellare, ac denuo in commune multitudinem precari, ne ob modicum peccatum patriam suam proderent his, qvi direptioni ejus inhiarent. Qvam enim utilitatem vel militibus esse de Judæorum salutatione tribuendam, vel illis quæ acciderant correctionem, si in præsenti procedere cessarent? At contra, si officiose susciperent solemniter venientes, auferri Floro occasionem pugnæ: ipsos vero salvare patriam suam, & providere ne quid ultra quam pertulerant, experirentur. His addunt, quod paucis seditiosis si tanta multitudo jungatur, hoc magis ad pacificum consilium suam deberent autoritatem transferre. Tali hortatu multitudinem inflectentes, etiam ipsos seditionis autores quosdam quidem minis, qvosdam autem sui reverentia mitigaverunt: ac deinceps præcedentes, cum quiete omni populo sequente, militibus obviam prodierunt. Jamque cominus factos salutaverunt: illis autem nihil respondentibus, seditiosi Judæorum adversum Florum, cujus hæc fierent consiliis, succlamaverunt. confestimque milites comprehendentes eos, cædere fustibus adorti sunt: atqve in fugam versos persequentes equites proculcabant. Corruebant autem multi quidem cum à Romanis cæderentur, plures autem cum se mutuo propellerent. In ipsis autem portis gravis facta est compressio, & uno qvoqve alterum prævenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentium vero durus erat interitus. Suffocatu enim atque conculcatu miseri disperibant, & neque ad sepulturam quisquam proximis suis cognoscendus remanebat. Irruebant autem etiam pariter milites immoderatè, eos quos comprehendissent cædentes: & per ingressum qui Bezetha vocatur detrudebant multitudinem, transire cupientes ut Antoniam & templum obtinerent. Qvos etiam Florus consecutus, eduxit de regia eos qui secum erant, & in arcem transire nitebatur. Frustratus tamen est ejus impetus. Conversus quippe adversum eos populus repugnavit, & per tecta evadentes obruebant saxis Romanos. Qvi cum superne venientibus sagittis vincerentur, nec possent defendere multitudinem quæ per angustos arctabatur ingressus, ad reliqvum se exercitum qvi erat in regia receperunt. Seditiosi autem verentes, ne superveniens denuo Florus templum occuparet, per Antoniam ex templo ascendentes, porticus à templo ad Antoniam continentes interciderunt, quatenus avaritiam Flori desperatione compescerent. Nam cum divinis inhiaret thesauris, proq; his in Antoniam transgredi niteretur, ubi intercisas porticus vidit,

A τούτοις τοῖς σωτῆρας ἐπεβόα, καὶ λῃστὰς τοὺς δορυφόρους. ἔνθα δὴ πᾶς μὲν ἱερεὺς, πᾶς δὲ ὑπηρέτης θεοῦ, τὰ ἅγια σκεύη προκομίσαντες, καὶ τὸν κόσμον ἐν ᾧ λειτουργεῖν ἔθος ἦν αὐτοῖς ἀναλαβόντες, καὶ ψαλμῳδοὶ μετὰ τῶν ὀργάνων προεστήκοντες, κατικετεύομεν φυλάξαι τὸν ἱερὸν κόσμον αὐτοῖς, καὶ μὴ πρὸς ἁρπαγὴν τῶν θείων κειμηλίων ῥωμαίους ἐρεθίσαι. τοὺς δ' ἐκχεῖ-
B ρεῖς αὐτοὺς ἰδεῖν καταπεπωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων περερρηγμένων. ὀνομαστὶ δὲ ἕκαστον τῶν γνωρίμων καὶ κοινῇ τὸ πλῆθος ἱκέτευον, μὴ δι' ἐλαχίστης πολυμελείας, προδοῦναι τὴν πατρίδα τοῖς ἐπιθυμοῦσι πορθῆσαι, πιᾶναι δὲ ἢ στρατιώτας φέρειν ὠφέλειαν τὸν ὑπὸ ἰουδαίων ἀπατασμὸν, ἢ διορθώσειν αὐτοῖς τῶν συμβεβηκότων, τὸ μὴ πάλιν προελθεῖν. εἰ δὲ δὴ δεξιώσαιντο τοὺς προσιόντας
C ὡς ἔθος, φλώρου μὲν ἀποκοπήσεσθαι τὴν ἀφορμὴν ἀπὸ πολέμου, κερδήσειν δὲ αὐτοὺς τὴν πατρίδα, καὶ τὸ μηδὲν παθεῖν πολύ. ἄλλως τε, καὶ τὸ πλῆθος σπαράσσουσιν ὀλίγους, δέον αὐτοὺς δῆμον ὄντας τοσοῦτον, συναναγκάζειν κἀκείνους συγγνωμονεῖν, δεινῆς ἀσεβείας ἐνεγκόντας μειλιττόμενοι τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τῶν στασιαστῶν, οὓς μὲν ἀπατηλοὺς, οὓς δὲ αὐθάδεις κατέσειλαν. ἔπειτα ἐξηγούμενοι, μεθ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου τοὺς στρατιώτας
D ὑπαντῶντες καὶ πλησίον γενόμενοι ἠσπάσαντο. τῶν δὲ μηδὲν ἀποκεκραγμένων, οἱ στασιασταὶ φλώρου κατέβησαν. τοῦτο δὲ ἦν σωτήριον κατ' αὐτῶν δεδομένον. αὐτίκα γοῦν οἱ στρατιῶται, περιέχοντες αὐτοὺς, ἔπαιον ξύλοις, καὶ φεύγοντας οἱ ἱππεῖς καταδιώκοντες, συνεπάτουν. ἔπιπτον δὲ πολλοὶ μὲν ὑπὸ ῥωμαίων τυπτόμενοι, πλείους δὲ ὑπ' ἀλλήλων βιαζόμενοι, δεινὸς δὲ περὶ τὰς πύλας ὠθισμὸς ἦν. καὶ φθάνειν ἑκάστου σπεύδοντος, βαδύτερα μὲν ἡ φυγὴ πᾶσιν ἐγίνετο, τῶν δὲ φαλέντων ἀπώλεια δεινή. πνιγόμενοι γὰρ καὶ κλώμενοι πληθὺ τῶν ὑπεραινόντων ἠφανίζοντο, καὶ οὐδὲ ταφὴν τις γνώριμος τοῖς ἰδίοις κατέλειπεν. συνεπίπτον δὲ καὶ στρατιῶται ἀναγόμενοι τοὺς καταλαμβανομένους, καὶ λῃστὰς βεζεθὰ καλουμένης, ἀνώθεν τὸ πλῆθος, βιαζόμενοι παρελθεῖν ἐκρατησαν τὰ ἱερὰ καὶ τῆς ἀντωνίας. ὧν ἐκ φλώρου ἐφιεμένου, ἐζήλωσεν ἐκ τῆς βασιλικῆς. αὐλῆς τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐκ πρώ-
F του φρούριον ἐλθεῖν ἠγωνίζετο. διήμαρτε μὲν οὖν τῆς ἐπιβολῆς. ὁ δὲ δῆμος ἄντικρυς ἐπισπασθεὶς ἐξεκρούσθη τῷ ἑρμαῖ, ἐκ λοξάσαντες ἐπὶ τῶν πυγῶν, τοὺς ῥωμαίους ἔβαλλον. κατεπονοῦντο δὲ καὶ τῶν ὑπερθε βελέων, ἐκ λόφου τοὺς στενοποὺς ἐμφράξαν πλῆθος ἀθεμίτως πίπτοντες, ἀνεχώρουν εἰς τὸ πρὸς τοῖς βασιλείοις στρατόπεδον. οἱ δὲ στασιασταὶ δείσαντες μὴ πάλιν ἐπελθὼν ὁ φλῶρος κρατήσῃ τε ἱεροῦ λόφου τῆς ἀντωνίας, ἀναβάντες δι' ἴσου
G τὰς συνεχεῖς στοὰς τοῦ ἱεροῦ πρὸς τῷ ἀντωνίᾳ διέκοψαν. τοῦτο ἔψυξε τὸν φλῶρον πολεμεχέειν. τῶν δὲ θεοῦ θησαυρῶν ἐφιέμενος, καὶ λῃστὰ τοῦτο παρελθεῖν ἐπιθυμῶν εἰς τὴν ἀντωνίαν, ὡς ἀπερράγησαν αἱ στοαὶ, τὴν

τὴν ὁρμὴν ἀνετράπη. καὶ μεταπεμψάμενος τοὺς τε ἀρχιερεῖς καὶ τὴν βουλὴν, αὐτὸν μὲν ἐξιέναι τῆς πόλεως ἔφη, φρουρὰν δὲ καταλείψειν αὐτοῖς ὅσην ἂν ἀξιώσωσι. τῶν δὲ πάντα μὲν εἰς ἀσφάλειαν καὶ οὐδὲν νεωτερίσοντα ὑπολαμβανόντων, εἰ μίαν αὐτοῖς καταλείψοι σπεῖραν, μὴ μέντοι τὴν μαχεσαμένην. ὡς δὲ ταύτην ἀπῆχθαι, διὰ τὰ πεπονθέναι ἔχειν τὸ πλῆθος. ἀλλάξας τὴν σπεῖραν, ὡς ἠξίουν μὴ δὲ λοιπὴν δυνάμεως ὑπέστρεψεν εἰς καισάρειαν.

A ab impetu conquievit. & convocans sacerdotum principes atque curiam, se quidem ait urbe digredi, præsidium tamen apud eos relinquere quantum ipsi voluissent. Ad hæc illis respondentibus, nihil novandum fore, si unam tantum relinqueret apud eos cohortem, dum tamen non illam quæ cum civibus paulo ante conflixerat: ob ea siquidem quæ pertulere populum illis militibus infensum esse: cohorte sicut precaban-
B tur mutata, cum reliqua manu Cæsaream regressus est.

Κεφ. κη.

CAP. XVI.

Ἕτερον δὲ βουλὴν τοῦ πολέμου μεμνημένος, ἐπέστελλε κεστίῳ, ἰουδαίων ἀποστασιν κατηγορῶν, τὴν τε ἀρχὴν τῆς μάχης αἰτιώμενος αὐτούς, καὶ δρᾶσαι λέγων ἐκείνους, ἃ πεπόνθασιν. οὐ μέλειν δ' οἱ τῶν ἱεροσολύμων ἄρχοντες ἐσίγησαν. ἀλλ' αὐτοί τε καὶ βερνίκη τῷ κεστίῳ συνὼν φλῶρος εἰς τὴν πόλιν παρεκόμισεν, ἔγκλημα. ὁ δὲ, τὰ παρ' ἀμφοῖν ἀναγνούς, μὴ ἡμαρτηκόσιν ἐβουλεύετο. καὶ τοῖς μὲν αὐτῶν ἐδόκει, κέστιον μὲν στρατιᾶς ἀναβαίνειν, ἢ τιμωρησόμενον τὴν ἀπόστασιν εἰ γέγονεν, ἢ βεβαιοτέρους καταστήσοντα ἰουδαίους, καὶ συμμίξοντας αὐτῷ δι' ἀσπίμψαι τινὰ τῶν ἑταίρων τὸν κατασκεψόμενον τὰ πράγματα, καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἰουδαίων πιστῶς ἀγγελοῦντα. πεμπτὸν οὖν δή τινα τῶν χιλιάρχων νεαπολιτανὸν, ὃς ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρείας ὑποστρέφαντι συντυχὼν ἀγγέλλοντα τὴν βασιλέως ἡμονίαν, τὸν πέμψαντα καὶ τὰς αἰτίας ἐδήλωσεν. ἔνθα δὴ ἰουδαίων οἵ τε ἀρχιερεῖς ἅμα τοῖς δυνατοῖς, καὶ ἡ βουλὴ πᾶσα, δεξιουμένη τὸν βασιλέα. μετὰ δὲ τοῦτο εἰς ἐκεῖνον θεραπείαν, ἀπωδύροντο τὰς ἑαυτῶν συμφοράς, καὶ τὴν φλώρου διεξήεσαν ὠμότητα. ὡς δὲ ἠγανάκτει μὲν ἀγρίππας. στρατηγικῶς δὲ τῷ ὀργῇ εἰς οὓς ἠλέει ἰουδαίους μετέφερε, παραινοῦσι αὐτῶν βουλόμενος τὰ φρονήματα, καὶ τὴν μὴ δοκεῖν ἀδίκως τι παθεῖν, τῆς ἀμυνῆς ὑστερέπων. οἱ μὲν οὖν ὡς ἂν ὄντες ἔκκειτοι, καὶ διὰ τὰς αὐτῶν κτήσεις δεδιότες εἰρήνην, συνίεσαν δύσοικον τὴν ἀπόπαλιν ξ βασιλέως. ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῶν ἱεροσολύμων, ὑπεξήκοντα σταδίους ἐξελθὼν ὑπεδέξατο τὸν ἀγρίππαν, καὶ τὸν νεαπολιτανόν. ὑπῆντον δὲ αἱ τῶν ἀπεφαγμένων γυναῖκες προσκλαίουσαι, καὶ πρὸς τὴν τούτων οἰμωγὴν, ὁ δῆμος εἰς ὀλοφυρμοὺς τραπόμενος, ὑπεκρίνατο τὸν ἀγρίππαν ἱκετεύειν. τοῖς τε νεαπολιτανῷ καταβοᾶν, ὅσα πάθοιεν ὑπὸ φλώρου, καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν, τὴν τε ἀγορὰν ἠρημωμένην ὑποδείκνυον, καὶ κατοικημένας τὰς οἰκίας. ἔπειτα δὲ ἀγρίππας πείθουσι τὸν νεαπολιτανὸν σὺν ἑνὶ θεράποντι περιελθεῖν μέχρι ξ σιλοᾶ τὴν πόλιν, ἵνα γνῷ ἰουδαίους τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι ῥωμαίοις εἴκοντας, μόνῳ δὲ ἀπεχθανομένους φλώρῳ διὰ ὑπερβολὴν τῆς εἰς αὐτοὺς ὠμότητος. ὁ δὲ, ὡς διοδεύσας πέρας ἔλαβεν ἱκανὸν τῆς πεζότητος αὐτῶν, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνέβαινεν. ἔνθα συγκαλέσας τὸ πλῆθος, καὶ πολλὰ μὲν εἰς πίστιν αὐτοὺς τῶν πρὸς ῥωμαίους ἐπαινέσας, πολλὰ δὲ εἰς τὸ τηρεῖν τὴν εἰρήνην προτρεψάμενος, ἐς δὲ θεοῦ προσκυνήσας οὗπερ ἔξεστιν τὰ ἅγια, πρὸς κέστιον ἐπανῆκε. τὸ δὲ πλῆθος

De Politiano tribuno, & oratione Agrippæ ad Judæos, ad obediendū Romanis hortantis.

Aliud autem denuo pugnæ consilium comminiscens, retulit ad Cestium, & Judæos defectionis criminatus est: impudenti mendacio illos perpetrasse dicens, quæcunque eos pertulisse constabat. Nec sane principes Hierosolymorum quæ gesta fuerant, tacuerunt: sed & ipsi & Bernice ad Cestium de his quæ Florus in-
C que in urbe egerat, retulerunt. Ille autem susceptis literis partis utriusque, quid facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem videbatur, cum exercitu in Judæam Cestium ire debere, & aut vindicare defectionem, si fuisset admissa, aut magis fidos reddere
D Judæos eorumque accolas. Ipsi tamen magis placuit aliquem de suis præire, qui & negotia & consilia Judæorum posset ei fideliter nuntiare. mittit ergo tribunum Politianum, qui ab Alexandria revertenti Agrippæ circa Jamniam occurrens, & à quo fuisset missus, & ob quas causas indicat. Quo loci Judæorum etiam pontifices, & reliqui nobiles, eorumque curia adesse curaverant, ut circa regem scilicet officia nova-
E rent. Postea vero quam illum congrua humanitate coluerunt, conquesti sunt quam potuerunt flebiliter de calamitatibus propriis, & inhumanitatem Flori explicaverunt. Quam licet argueret Agrippa, vafre tamen invectionem suam in Judæos transtulit, quorum maxime miserebatur, volens scilicet frænare eorum motus, ut per hoc ipsum qvod viderentur nihil perpessi
F injuriæ, ab ultionis desinerent appetitu. Ad hæc ergo quicunque egregii erant, & propter sua prædia desiderabant quietem, intelligebant regis redargutionem esse plenam benignitatis. Populus autem Hierosolymorum sexaginta stadiis obviam progressus, officiose Agrippam & Politianum suscepit. Lamentabantur tamen interfectos conjuges mulieres: quarum plangoribus
G reliqvus qvoqve populus ad lamenta conversus, precabatur Agrippam ut genti consuleret. Succlamabant etiam Politiano, ut ingrederetur urbem, videretque quæ essent à Floro gesta: & ita ostendebant forum desertum domosque vastatas. deinceps vero per Agrippam suasere Politiano, ut is cum uno tantum famulo ad Siloam usque totam circuiret civitatem: quatenus ipsis cognosceret oculis, Judæos omnibus quidem aliis parere Romanis, soli autem Floro adversari propter magnitudinem in eos factæ crudelitatis. Ille igitur cum circuisset urbem, & mansuetudinis populi sufficiens documentum teneret, ascendit in templum, qvo etiam multitudinem convocavit: & cum plurimis verbis fidem eorum circa Romanos collaudasset, multa etiam ad conservationem pacis hortatus, adoravit Deum ejusq; sancta: in eo tamen consistens loco, in quo licebat per religionem: sicq; regressus ad Cestium est. vulgus autem

Judæorum, ad regem pontificesque conversus A petebat, ut legati adversum Florum ad Neronem mitterentur, neque de tanta cæde tacentes suspicionem suæ defectionis præberent: visum iri quippe eos principes capiendorum armorum fuisse, nisi prævenientes ostendissent illum esse qui dedisset exordium, constabat autem multitudinem non esse quieturam, si legationem aliqvis impedisset. Ad hæc Agrippa, ordinari quidem legatos, qvi Florum accusarent, invidiosum putabat: despicere autem Judæos in bella commotos neqve sibi expedire cernebat. advocata igitur concione in xystum, & in suggesto constituens germanam suam Bernicen, in Asamonæorum domo (ea siquidem xysto imminebat contra superiorem partem urbis: nam xysto templum erat ponte conjunctum) C hujusmodi orationem habuit: Si quidem viderem vos omnes ad pugnandum cum Romanis esse incitatos, neque populi puriorem syncerissimamque partem pacem velle servare, neque processissem ad vos, neque consulere consuss essem: supervacua quippe de utilibus oratio est, quando omnium auditorum conspirat ad deteriora consensus. Qvoniam vero aliquos quidem D ætas, malorum belli nescios facit, qvosdam vero inconsiderata spes libertatis: nonnullos vero avaritia succendit, & in confusione rerum capiendum de inferioribus lucrum: quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur, & non per paucorum improba consilia etiam boni dispereant, existimavi oportere, ut omnibus vobis in unum coactis ea exponerem, quæ arbitror expedire. Obstrepat autem nemo, si non ea audierit quæ ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionem irrevocabiliter incitati, licebit etiam post meos monitus manere in pristina voluntate. mea autem etiam ad illos qui audire cupiunt intercipietur oratio, nisi ab omnibus vobis silentium præbeatur. Novi quidem quod multi & injurias procurantium provincias, & præconia libertatis quasi tragicè prosequantur. Ego autem prius quam discutiam qui sitis, & contra quos bellum suscipere tentetis, primum separabo causas, quas connexas putatis. Si enim violatores vestros cupitis ulcisci, cur libertatem magna laude attollitis? Si vero istud ipsum servire intolerabile ducitis, superflua est adversum rectores querela. illis siquidem vel moderatissimè agentibus, nihilominus turpe erit servire. Considerate autem singillatim, & videte quam exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum consideranda sunt crimina. Colere siquidem officiis, non exasperare oportet jurgiis potestatem. Cum vero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis, adversum vos profecto eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & qvod antea clanculo & cum quadam verecundia nocebant, palam vos confidenterque populantur. nihil autem ita plagas coercet ut patientia, & violatorum quies violantibus injicit pudorem. Fac autem eos, qvi à Romanis in provincias mittuntur, esse graviter molestos, non tamen etiam Romani omnes violant vos, neque ipse Cæsar, adversum quem pugnare vultis. Neqve enim ex præcepto illorum improbus ad vos qvisquam venit: neque

τῶν ἰουδαίων, ἐπί τε τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς πρεσβεύων, πέμπειν ἡξίου παρ' αὐτοὺς νέρωνα, καὶ μὴ σιωπήσαντας ἐπὶ τοσούτῳ φόνῳ, καταλιπεῖν ἑαυτοῖς ὑποψίαν ἀποστάσεως. δόξειν γὰρ αὐτοὺς καταρξαι τῶν ὅπλων, εἰ μὴ φθάσαντες ἐνδείξαιντο τὸν καταρξόμενον. φανερὸν γὰρ ἦσαν οὐκ ἠρεμήσοντες, εἰ τῷ πεισθέντι τὰς ἀποκωλύσει, ἀγελαῖόν τι μὲν χειροτονεῖν Φλώρου κατηγόρους, ἐπιφθονον εἶχεν. τὸ πεῖσθῆναι δ' ἰουδαίους εἰς πόλεμον σκεπτόμενος, οὐδεὶς αὐτῷ λυσιτελὲς κατεφαίνετο. προσκαλεσάμενος δ' εἰς τὸν ξυστὸν τὸ πλῆθος, καὶ προσαιμένων ἐκ τοῦ ὑπερῴου τῷ ἀδελφῷ βερνίκῃ, ἐπὶ τῆς ἀσαμωναίων οἰκίας, ἔστι γὰρ ἐπάνω τοῦ ξυστοῦ πρὸς τὸ πέρας τῆς ἄνω πόλεως, καὶ χεῖρα τῷ ξυστῷ τὸ ἱερὸν συνάπτει, ἔλεξε τοιάδε. εἰ μὲν ἐώρων πάντας ὑμᾶς πολεμικῷ ῥωμαίους ὡρμημένους, καὶ μὴ δ' ἥμου τὸ καθαρώτατον ἐπικλινεστάτους, ἐφιλίου ἂν ἀγῶν προσηκόντως, οὐτ' ἂν παρῆλθον εἰς ὑμᾶς, οὔτε συμβουλεύειν ἐθάρρησα. πρὸς γὰρ τοὺς δέοντα ποιεῖν πᾶς λόγος, ὅταν ἡ τῶν ἀκουόντων πάντων πρὸς τὸ χεῖρον ὁμόνοια ᾖ. ἐπεὶ δ' οἱ μὲν ἡλικίᾳ τῶν ἐν πολέμῳ κακῶν ἄπειρον, οἱ δ' ἐλπὶς ἀλόγιστος ἐλευθερίας, οἱ δ' οἰκείαν πενίαν ἀφορμὴ πρὸς ἀνακαίνισιν παρώξυνε, καὶ τὸ ῥᾴδιον τῶν ἀδυνατωτέρων ἐν τοῖς πράγμασι συγχωθῇ, κέρδος, ὅπως αὐτοί τε σωφρονισθέντες μεταβάλωνται, καὶ μὴ τῆς ἐκείνων κακοβουλίας οἱ ἀγαθοὶ βλαπτόμενοι, ὠφεῖλον δεῖν ἐπὶ τοῦτο πάντας ὑμᾶς σωτηρίαν ἐκτεῖναι ἃ νομίζω συμφέρειν. ἐρωτήσει δέ μοι μηδείς, ἐὰν μὴ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀκούῃ. τοῖς μὲν γὰρ ἀνηκέστως ἤδη τῶν δεινῶν ἐψηφισμένοις, ἔνεστι καὶ μὴ τῶν ἐμῶν βουλεύμασιν ἐπὶ κακῷ φρονεῖν. ἐμοὶ δ' ἀμφοτέροις καὶ πρὸς τοὺς ἀκούειν ἐθέλοντας ὁ λόγος, ἐὰν μὴ βουλὰ πάντων ἡσυχία γένηται. οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλοὶ τῶν ἐπιτρεπτῶν ὕβρεις, καὶ τὰς τῆς ἐλευθερίας ἐγκώμια τραγῳδοῦσιν. ἐγὼ δ' πρὶν ἐξετάζειν τίνες ὄντες, καὶ τίσιν ἐπιχειρεῖτε πολεμεῖν, πρῶτον διαλύσω τὴν συμπλοκὴν τῶν αἰτιάσεων. εἰ γὰρ ἀμύνεσθε τοὺς ἀδικοῦντας, τί συμβαίνει τῇ ἐλευθερίᾳ. εἰ δ' τὸ δουλεύειν ἀφόρητον ἡγεῖσθε, πῶς οὐκ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἡ μέμψις. καὶ γὰρ ἑκόντων περιαζόντων, αὐχρὸν ὁμοίως τὸ δουλεύειν. σκοπεῖτε δ' καὶ καθ' ἕκαστον τούτων, ὡς ἔστι μικρὰ & πολεμεῖν ἡ ὑποδοσις, καὶ πρῶτά γε τὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐγκλήματα. θεραπεύειν δ' οὐκ ἐρεθίζειν δεῖ τὰς ἐξουσίας. ὅταν δ' τῶν μικρῶν ἁμαρτημάτων τοὺς ἐγκληματικοὺς πείθητε μεγάλους, καθ' ἑαυτῶν τοὺς ὀνειδιζομένους ἀπελέγχετε, καὶ παρέντες τὰ λαθραῖα καὶ μετ' αἰδοῦς ὑμᾶς βλάπτειν, τρόπῳ φανερῷ. οὐδὲν δ' οὕτω τὰς πληγὰς, ὡς τὸ φέρειν ἀναστέλλει, καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἡσύχιον τοῖς ἀδικοῦσι γίνεται θάρσος. φέρε δ' εἶναι τοὺς ῥωμαίων ὑπηρέτας ἀνηκέστως χαλεπούς, οὕτω ῥωμαῖοι πάντες ἀδικοῦσιν ὑμᾶς, οὐδὲ καίσαρ, πρὸς οὓς αἴρεσθε τὸν πόλεμον. οὐ γὰρ ἐξ ἐντολῆς ἦκε τοῖς πᾶσιν ἀπ' ἐκείνου, οὐδέ γε τοὺς ὑπὸ

πρὸς ὑπὸ τῶν ἀνατολέων οἱ ἀφ' ἑσπέρας ὑπιδλέπουσιν, ἀλλ' οὐδ' ἀκούειν ταχέως τἀντεῦθεν εὐπαράδεκτον. ἄτοπον δὲ δι' ἕνα πολλοῖς, καὶ διὰ μικρὰς αἰτίας, τηλικούτοις, καὶ μηδὲ γινώσκουσιν ἃ μεμφόμεθα πολεμεῖν. εἰ τῶν μὲν ἡμετέρων ἐγκλημάτων, ταχεῖα γένοιτ' ἂν ἡ διόρθωσις. οὔτε γὰρ ὁ αὐτὸς ὑπάρξει μὲν διὰ παντὸς, καὶ τοὺς διαδεξομένους εἰκὸς ἐλάττονας μεριμνητέρους. κινηθέντα δὲ ἅπαξ τὸν πόλεμον, οὔτ' ἀποθεῖναι ῥάδιον δίχα συμφορῶν, οὔτε βαστάσαι. ἀλλὰ μὲν τῇ νεῷ ἐλευθερίας ὑπομιμνῆσαι ἄωρον, δέον ὑπὲρ μηδὲ ἀποβαλεῖν αὐτὴν ἀγωνίζεσθαι πρότερον. ἡ γὰρ πεῖρα τῆς δουλείας χαλεπὴ, καὶ ὡς μηδὲ ἄρξασθαι παύσης ὁ ἀγὼν δίκαιος. ὁ δ' ἅπαξ χειρωθεὶς, ἔπειτα ἀφισάμενος, αὐθαδὴς δοῦλος ἐστὶν, οὐ φιλελεύθερος. τότε γὰρ οὐ ἐγκλεῖ πάντα ὑπὲρ δ' μὴ δέξασθαι ῥωμαίους ποιεῖν, ἔτι τὸ δέχεσθαι ἀπέσαμεν τῆς χώρας ἐμπνέοντας, ἀλλ' οἱ μὲν ἡμέτεροι πρόγονοι, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ, καὶ χρήμασι καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἄμεινον ὑμῶν πολλῷ διακείμενοι, πρὸς μίαν ὀλίγου τῆς ῥωμαίων δυνάμεως σχεῖν ἀντέσχον. ὑμεῖς δ', οἱ τὸ μὲν ὑπακούειν ἐκ διαδοχῆς παρειληφότες, τῆς πρώτης τῶν πρώτων ἀκουσάντων ποσῷ τὸν ἐλαττώμενοι, πρὸς ὅλην ἀνθίστασθε τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν; καὶ ἀθλιώτατοι μὲν οἱ πρὸ τῆς τῶν ἑλλήνων ἐλευθερίας παραδόντες ποτὲ καὶ πυρὶ τὴν πατρίδα φανέν ξέρξῃ διὰ γῆς πλεύσαντα, καὶ διὰ θαλάσσης ὁδεύσαντα, καὶ μὴ χωρούμενον μὲν τοῖς πελάγεσι, πλατυτέραν δὲ τῆς ἠπείρου τὴν στρατιὰν ἄγοντα, δραπέτην ὑπὸ μιᾶς νεὼς διώξαντες, πρὸ δὲ τῆ σμικρᾷ σαλαμῖνι τὴν τοσαύτην ἀσίαν κλάσαντες, νῦν δουλεύουσι ῥωμαίοις, καὶ τὴν ἡγεμονίδα τῆς ἑλλάδος πόλιν, διοικοῦσι τὰ ἀπὸ τῆς ἰταλίας πρόσταγματα. λακεδαιμόνιοί τε μετὰ θερμοπύλας καὶ πλαταιὰς, καὶ τὸν ἐρυθρήσαντα τὴν ἀσίαν ἀγησίλαον, ἀγαπῶσι τοὺς αὐτοὺς δεσπότας. καὶ μακεδόνες ἔτι φαντάζόμενοι φίλιππον, καὶ σὺν ἀλεξάνδρῳ πρὸς πατούσιν αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ὁρῶντες, φέρουσι τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, καὶ πρὸς οὓς μεταβέβηκεν ἡ τύχη, προσκυνοῦσιν. ἄλλα τε ἔθνη μυρία, πλείονα γένοιντο πρὸς ἐλευθερίαν παῤῥησίας, εἰκῆ. μόνοι δ' ὑμεῖς ἀδέξεσθε δουλεύειν, οἷς ὑπέταξαν πάντα. ποίᾳ στρατιᾷ, ποίοις, πεπιδότες ὅπλοις; ποῦ μὲν ὁ στόλος ὑμῶν διαλυόμενος τὰς ῥωμαίων θαλάσσας; ποῦ δ' οἱ τῆς ἀπορίας ἐξαρκέσοντες θησαυροί; πρὸς αἰγυπτίους ἄρα καὶ πρὸς ἄραβας εἴσθε κινεῖν τὸν πόλεμον; οὐ πεπίστευσθε τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν; οὐ μετρήσετε τὴν ἑαυτῶν ἀδυναμίαν; οὐ τὰ μὲν ὑμέτερα πρὸς τῶν προσοίκων ἐθνῶν ἥττηται πολλάκις, ἡ δ' ἐκείνων ἰσχὺς διὰ τῆς οἰκουμένης ἀνίκητος; μᾶλλον δὲ καὶ ταύτης ἐζήτησάν τι πάλαι. οὐ γὰρ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς ὅλος ὠκεανὸς ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν, οὐδὲ τῶν προσαρκτίων ἴστρος, ἢ τι μεσημβρινὴ μέχρι τῶν ἀοικήτων ἐρυθρᾶς λιβύη, καὶ χαίρεια πρὸς ἑσπέραν, ἀλλ' ὑπὲρ ὠκεανὸν ἑτέραν ἐζήτησαν οἰκουμένην, καὶ μέχρι τῶν ἀνιστορήτων πρότερον βρεττανῶν διεπέρασαν τὰ ὅπλα. τί οὖν ὑμεῖς,

possunt illi, quæ in Oriente geruntur, positi in Occidente conspicere. sed neque facile ea quæ hic fiunt, illic audiuntur. est autem importunissimum, & propter exiguas causas cum tantis, & ea de quibus querimur nescientibus, velle confligere. Et quidem nostrorum criminum cito erit futura correctio. neque enim unus atq; idem provinciæ semper, curam tenebit, & successores ejus credibile est modestiores futuros. Motum autem semel bellum, neq; deponere facile est absque magnis calamitatibus, neque sustinere. Libertatis vero bona sitientibus providendum atque certandum est, ut principio non ea careant. molesta enim est novitas servitutis: quam ne utique subeas, justum suscipi certamen videtur. Qvi vero semel subjectus est, & deinceps deficit, contumax magis servus quam amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit omnia agere, ne susciperentur Romani, cum in provinciam Pompejus intraret. Majores vero nostri eorumque reges, pecunia, corporibus, animis multo vobis meliores, exiguæ parti potentiæ Romanæ obsistere nequiverunt. vos autem qui hæreditariam obedientiam suscepistis, rebus autem omnibus illis qvi primi paruere longe inferiores estis, contra omne Romanorum regnum obsistere posse arbitramini? Et Athenienses quidem, qui ob Græcorum libertatem patriam suam quondam ignibus tradidere, qui superbissimum illum Xerxem per terram navigantem, per mare vero ambulantem, & cujus classem non caperet amplitudo pelagi, latiorem autem Europa, duceret exercitum, hunc inquam cum una nave fugientem gloriosissime persecuti sunt: circa parvam autem Salaminam, qui tantas opes Asiæ confregere, nunc tamen serviunt Romanis, & illam regiam Græciæ civitatem administrant Italiæ jussiones. Lacedæmonii qvoque post Thermopylas, & Plateas, & Agesilaum Asiam perscrutatum, eosdem dominos venerantur. Macedones vero qui adhuc pene imaginantur Philippum videre cum Alexandro promittentem sibi orbis imperium, ferunt tamen rerum mutationem, & adorant eos ad quos fortuna migravit. Aliæ quoque multæ gentes ad libertatem fiducia subnixæ, & multo majores cesserunt tamen & obediunt: vos autem soli servire dedignamini his, quibus videtis universa esse subjecta. Quibus exercitibus, quibus confiditis armis? Ubi est classis vestra, quæ pervagetur Romanorum maria? Ubi autem qui expensis possint sufficere thesauri? Contra Ægyptios forte aut Arabas existimatis vos bellum movere. Non circumspicitis Romanorum imperium? non metimini vestram imbecillitatem? Nonne scitis vestram civitatem à conterminis gentibus frequenter esse superatam? illorum autem virtus per totum orbem invicta percurrit, imo etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt. Neq; enim sufficit eis ad Orientem quidem totus Euphrates, ad Septentrionem Ister, neq; in Meridie solitudine tenus perscrutata Libya, neq; in Occidente Gades; sed ultra Oceanum aliũ quæsierunt orbem, & usque ad Britannias, inaccessas prius, arma & exercitum transtulerunt. Qvid ergo? Vosne

ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Græcis? postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ vos fiducia adversum Romanos erigit? Sed dicet aliquis, servire molestissimum est. At quanto magis id Græcis: qui universis sub sole habitantibus videbantur præstare nobilitate; & tam latam quondam provinciam possidentes: nunc bis ternis fascibus Romanorum obediunt. Totidem autem etiam Macedones obsequuntur, qui certe multo vobis justius deberent libertatem tueri. Quid autem quingentæ Asiæ civitates? nunquid non absque ullo præsidio, uni tantummodo rectori parent, & fascibus consulis obsequuntur? Qvid autem pergam enumerare Heniochos, & Colchos, & Taurorum gentem: Bosphoranos quoque, & habitantes circa Ponti littora nationes, Mæoticasque gentes? apud quas nimirum olim neque domesticus aliquis dominus noscebatur: nunc vero militum subjiciuntur tantum tribus millibus, & quadraginta naves longæ, innavigabile prius mare in pace custodiunt. Quanta autem Bithynia, & Cappadocia, & Pamphyliorum gens, Lydi quoque & Cilices pro libertate dicere valerent? tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autem Traces? quinque quidem diebus in latum, septem autem in longum commeabilem provinciam possidentes, asperioremque multo quam vestra est, ac multis partibus fortiorem, altissimoque gelu eos qui irruerint retardantem, duobus millibus Romanorum in præsidio manentibus obsequuntur. Post hos Illyrici usque ad Dalmatiam, & Istro tenus incolentes, duabus tantum legionibus obediunt: cum quibus & ipsi impetus compescunt Dacorum. Ipsi qvoqve Dalmatæ, qui tam multa pro libertate conati, sæpiusque capti, rursum cum majoribus opibus rebellarunt, nunc sub una Romanorum legione agunt quietem. Verumtamen si aliquos magnæ causæ ad defectionem incitare deberent, Gallos potissimum oporteret assurgere, qvos videlicet tantis munimentis natura cinxisset: ab Orientali plaga Alpium montibus, à septentrionali Rheno flumine: à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente vero Oceano. sed tali munitione gaudentes, trecentis & quindecim gentibus numerosi: fontes autem (ita ut dixerim) felicitatis domesticæ habentes, omnibusque bonis totum pene orbem irrigantes, ferunt nihilominus vectigales esse Romanorum, ac felicitatem suam in eorum felicitate reponere. idque sane ipsum, non per animorum mollitiem, nec propter ignobilitatem parentum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnaverunt) sed Romanorum admirati sunt horruerunt que cum virtute fortunam, qva illi plura sæpe obtinuere quam bellis. Denique sub mille & ducentis militibus serviunt, quibus pene plures habuerunt civitates. Neqve Hispanis nascens in agris aurum, pro libertate bella gerentibus profuit, neqve tanto terrarum marisque spatio à Roma diremptæ gentes, Lusitani scilicet & pugnaces Cantabri: nec vicinus Oceanus, etiam accolis suis tragore terribilis: sed ultra columnas Herculis prolatis armis, & per ipsas nubes

πλουσιώτεροι γαλατῶν, ἰσχυρότεροι γερμανῶν, ἀλλὰ σωφρονέστεροι; πλείους τῶν ἐν τῷ οἰκουμένῳ ἐστὶ πάντων; τί τὸ πεποιθὸς ὑμᾶς καὶ ῥωμαίων ἐπαίρει; χαλεπὸν τὸ δουλεύειν, ἐρεῖ τις. πόσῳ μᾶλλον ἕλλησιν, οἳ τῶν ὑφ' ἥλιον πάντων εὐημερία τοῦ χρῶ δοκοῦντες καὶ τοσαύτην νεμόμενοι χώραν, ἐξ ῥωμαίων ὑπέστησαν ῥάβδους; ποσοῦτοι δὲ μακεδόνες, οἱ δικαίαν ὑμῶν ὀφείλοντες ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι. τί δὲ αἱ πεντακόσιαι τῆς ἀσίας πόλεις, οὐχὶ δίχα φρουρᾶς ὑπὸ στρατιωτῶν ἠγμέναι, καὶ τὰς ὑπατικὰς ῥάβδους; τί δεῖ λέγειν ἰωνίαν τε καὶ κόλχους, καὶ τὸ ταύρων φῦλον, βοσπορηνούς τε καὶ τὰ εὔξεινα πέντου καὶ τῆς μαιώτιδος ἔθνη, παρ' οἷς πρὶν μὲν οὐδὲ οἰκέτης ἐγνώσκετο δεσπότης. νῦν δ', τρισχιλίοις ἀνδράσι ὑποπίπτειν, καὶ πεντήκοντα νῆες μακραὶ τὸν πρὶν ἄπλωτον καὶ ἀγρίαν θαλάσσαν ἡμερεύουσι. πόντος βιθυνία, καὶ καππαδοκία, καὶ τὸ παμφύλων ἔθνος, λύκιοί τε καὶ κίλικες ὑπὲρ ἐλευθερίας ἔχοντες εἰπεῖν, χωρὶς ὅπλων φορολογοῦνται; τί δ' θρᾷκες, οἳ πέντε μὲν εὖρος, ἑπτὰ δὲ μῆκος ἡμερῶν χώραν διοικοῦντες, τραχυτέραν τε, καὶ πολλῷ τῆς ὑμετέρας ὀχυρωτέραν, καὶ βαθεῖ κρυμῷ τοὺς ἀπειρατεύοντας ἀνακόπτουσιν, οὐχὶ δισχιλίοις ῥωμαίων ὑπακούουσι φρουροῖς. εἰ δ' ἀπὸ τούτων ἰλλυριοὶ τὸν μέχρι δαλματίας ἀποτεμνόμενον, ἐν ᾧ ἵδρυ κατοικοῦσι, οὐ δυσὶ μόνοις τάγμασιν ὑπέκεινται, μεθ' ὧν αὐτοὶ τοὺς δακῶν ἀνακόπτουσιν ὁρμάς; οἱ δὲ παννόνιοι τὸν ἐλευθερίαν ἀναχαιτίσαντες δαλμάτῃ, καὶ τὸ μόνον ἀεὶ χειρωθέντες τότε συλλεξάμενοι τὸν ἰσχὺν πάλιν ἀπεῖναι, νῦν οὐχ ὑφ' ἑνὶ τάγματι ῥωμαίων ἡσυχίαν ἄγουσιν; ἀλλὰ μὴν εἰσί τινας εἰς ἀπόστασιν ὤφελον ἀφορμὴν μεγάλαν παρεχόμενοι, μᾶλλον γαλάτας ἐχέλευ τοὺς οὕτως ὑπὸ τῆς φύσεως τετειχισμένους, ἐξ ἀναπλῆς μὲν, τῆς ἄλπεσι, πρὸς ἕω ἄρκτῳ, ῥήνῳ ποταμῷ, μεσημβρινοῖς δ', τοῖς πυρήναίοις ὄρεσιν, ὠκεανῷ δ', πρὸς δυσμάς. ἀλλὰ καὶ τὰ τηλικαῦτα μὲν ἔρκη πρόβελημένοι, πέντε δὲ καὶ τριακοσίοις πληθύνοντες ἔθνεσι, τὰς δὲ πηγὰς ὡς ἂν τις εἴποι τῆς εὐδαιμονίας ἐπιχωρίους ἔχοντες, καὶ τῆς ἀγαθοῖς ἅπασιν ὅλῃ ἀπικλύζοντες τὴν οἰκουμένην, ἀνέχεσθαι ῥωμαίων πρόσοδον ὄντες, καὶ τιμιδόμενοι παρ' αὐτῶν τὴν εἰκαίαν δ' εὐδαιμονίαν. καὶ τοῦτο ὑπομένουσιν, οὐ διὰ φρονημάτων μαλακίαν, οὐδὲ δι' ἀβυσίαν, οἷς δὶς ἐγκαλεσάντων ἐτῶν πόλεμον ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, ἀλλὰ μὴ τῆς διαιρέσεως ῥωμαίων καὶ τὴν τύχην καταπλαγῆτε, ἧς αὐτοὶς κατορθοῖ πλείονα τὰ ὅπλων. τριακοσίοις ὑπὸ χιλίοις καὶ διακοσίοις στρατιώταις δουλεύουσιν, ὧν ὀλίγου δεῖν πλείους ἔχουσι πόλεις. οὐδὲ ἤρκεσεν ὁ γεωργούμενος χρυσὸς εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πόλεμον ἐξήρκεσεν, οὐδὲ τὸ ποιοῦν ἀπὸ ῥωμαίων γῆς καὶ θαλάσσης διάστημα, φῦλά τε λυσιτανῶν καὶ καντάβρων ἀρεσμανία, οὐδὲ γείτων ὠκεανὸς φοβερὰν καὶ τοῖς ὄπιχωρίοις ἀμήχανον ἐπάγων, ἀλλ' ὑπὲρ τοὺς ἡρακλείους στήλας ἐκτείναντες τὰ ὅπλα, καὶ διὰ νεφῶν

ὁδὸν

ἐθνῶν αὐτοῖς τὰ πυρρόλευκα ὄρη, καὶ τούτους ἐδουλώσαντο ῥωμαῖοι. φρουρὰ δ' ἤρκεσε τῶν ἄτω δυσμάχων καὶ πεζῶν ἀτάκτων ἐν πύγμα τῆς ὑμῶν σὺν ἱκανῇ περιλήψει τὸ γερμανῶν πλῆθος; ἀλλ' εὖ μὲν δὴ καὶ μεγάθη σωμάτων, ἅδετα δήπου πολλάκις, ἐπεὶ πανταχοῦ ῥωμαῖοι τοὺς τούτων αὐχμαλώτους ἔχουσιν ἀλλ' οὕτω χλιαρῶ μὲν ἀτρόμῳ νεμόμενοι, μείζω δ' τῶν σωμάτων ἔχοντες τὰ φρονήματα, καὶ τῷ μὲν τύχῃ θανάτου καταφρονοῦσιν, τοὺς δ' θυμοὺς τῶν ἀχειωτάτων θηρίων σφοδροτέρους, ἐλέου τῆς ὁρμῆς ὅρον ἔχουσι, καὶ ῥωμαίων ἐκτὸς πύγμασι δαμαζόμενοι, δουλεύουσι μὲν ἀλύοντες. τὸ δ' ὅλον αὐτῶν ἔθνος φυγῇ σῴζεται. σκέψασθε δ' καὶ τὸ βρεττανῶν τεῖχος, οἱ τῆς ἱεροσολύμων τείχεσι πεποίθατε. καὶ γὰρ σκεύεσι πεζεβεβλημένους ὠκεανὸν, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης σὺν ἐλάσσονι νῆσον οἰκοῦντας, πλούσιοντες ἐδουλώσαντο ῥωμαῖοι. ποταμὸς δ' τύγματι τῷ τοσούτῳ νῆσον διαφυλάττει. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν, ὅπου καὶ πάρθοι τὸ πολεμικώτατον φῦλον, τοσούτων ἀρχοντες ἐθνῶν, καὶ τηλικαύτῳ πεζεβεβλημένοι δυνάμει, ὁμήρους πέμπουσι ῥωμαίοις. καὶ ἔστιν ὅτι τῆς ἰταλίας ἰδεῖν ἐν ἱεροῖς πεφάσι δουλεύουσι τῷ ἀπὸ τῆς αἰγαιτηλῆς δ' ἠθείαν. πάντων δὴ χεδὸν τῶν ὑφ' ἥλιον τὰ ῥωμαίων ὅπλα πεφοσκιωμένων, ὑμεῖς μόνοι πολεμεῖτε; μὴ δ' τὸ καρχηδονίων τῶν σκοπιῶτις, οἱ τὸν μέγαν αὐχοῦντες ἀννίβαν, καὶ τῷ ἀπὸ φοινίκων δ' ἠθείαν, ὑπὸ τῶν σκιπίωνος δεξιὰν ἔπεσον. οὔτε δ' κυρηναῖοι τὸ λακώνων ἦθος, ἔτι μαραθῶνι, τὸ μέχρι τῆς δ' ψαίδος ἐκτεταμένον φῦλον, ἀθ' αἱ φοβεραὶ καὶ τοῖς ἀκούσι σύρτεις, ναασαμῶνες, τὸ καὶ μαῦροι, καὶ τὸ νομάδων ἄπειρον πλῆθος, τὰς ῥωμαίων ἀνέκοψαν ἀρετάς. τῶν δ' τρίτου τῆς οἰκουμένης μοῖραν, ἧς ἀδὲ ἐξαριθμήσασθ' τὰ ἔθνη ῥᾴδιον, ὑμεῖς μόνοι ἀτλαντικῷ τε πελάγει, καὶ στήλαις ἡρακλείοις, καὶ μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τοὺς ἀπείρους νέμουσιν ἀνθρώπους, ἐχειρώσαντο μὲν ὅλους. χωρὶς δ' τῶν ἐτησίων καρπῶν, οἳ μησὶν ὀκτὼ τὸ κδ' τῶν ῥωμαίων πλῆθος τρέφουσι, καὶ ἔξωθεν παντοίως φορολογοῦνται, καὶ τοῖς χρείαις τῆς ἡγεμονίας παρέχουσιν ἑτοίμως τὰς εἰσφοράς, ἀδὲν τῶν ὀλίγων μάτων ὥσπερ ὑμεῖς ὕδεμι ἡγούμενοι, καίπερ ἑνὸς τύγματος αὐτοῖς φθαμένοντος, καὶ τί δεῖ πρόρρωθεν ὑμῖν ὑποδεικνύειν τῶν ῥωμαίων δυναμιν; παρὸν ἐξ αἰγύπτου τῆς ἀτλαντικῆς, ἥτις ἐκτεταμένη μέχρις αἰθιόπων, καὶ τῆς εὐδαίμονος ἀραβίας. ὅμορός τε ἔστι τῆς ἰνδικῆς, πεντήκοντα χρυσοῦ τῆς ἑπτακοσίας ἔχουσα μυριάδας ἀνθρώπων, δίχα τῶν ἀλεξανδρείων καταικούντων, ὡς ἔνεστιν ὁπόσα τῆς καθ' ἑκάστην κεφαλῆς εἰσφορᾶς πεπρᾶχθαι, τῷ ῥωμαίων ἡγεμονίαν σὺν ἀδοξίᾳ, καίτοι πολλῷ ἀποστάσεως κέντρον ἔχουσι τῷ ἀλεξανδρείας, πλήθει τε ἀνδρῶν ἕνεκα καὶ πλούτου, πρὸς δ' καὶ μεγάθους, μήκους μέγα αὐτῆς, σταδίων τριάκοντα, εὖρος δ' σὺν ἐλάττων δέκα. ὃ δ' ἐνιαυσίου παρ' ὑμῶν φόρου καθ' ἕνα μόνα πλέον ῥωμαίοις παρέχει, καὶ τῶν χρημάτων ἔξωθεν,

A Pyrenæorum montium eluctati vertices, ditioni
suæ hos quoque subdiderunt Romani: atque ita
bellicosis gentibus, tantoqve (ut dixi) spatio di-
remptis, legio in præsidio una satis est. Quis ve-
strum non audivit multitudinem Germanorum,
virtutem quoque & magnitudines corporum (ut
arbitror) sæpe vidistis. siquidem ubique Ro-
mani earum gentium captivos habent. Sed illi
B ita ingentem spatiis regionem incolentes, spiri-
tus autem majores corporibus gerentes, & ani-
mam quidem contemptricem mortis, indigna-
tiones autem vehementiores feris, nunc Rhe-
num limitem habent, & octo Romanorum legio-
nibus domantur: & serviunt quidem qui capti
sunt, reliqua autem eorum gens universa salu-
tem in fuga non in armis reponit. Considerate
C autem etiam Britannorum muros, qui Hieroso-
lymæ confiditis muris. Illos siquidem circum-
datos Oceano, & pene non minorem quam no-
ster orbis est habitantes, Romani navigantes re-
degerunt in ditionem suam: quatuorque legio-
nes tantæ magnitudinis insulam tuentur. Et
quid opus est plura dicere? quando etiam Par-
thi, bellicosissimum genus, tantis prius populis
imperantes, & tam magnis opibus circundati,
D obsides tamen mittunt Romanis: estque cerne-
re sub specie pacis servientem in Italia præcipu-
am Orientis nobilitatem. Universis pene qui
sub sole incolunt, Romanorum arma ve-
nerantibus vos soli bellum geretis? Neque
Carthaginiensium considerabitis finem, qui
magnum illum Hannibalem jactantes, & ex nobili
Phœnicum stirpe venientes, tamen sub Scipio-
E nis dextera corruerunt? Sed neque Cyrenæi
Lacedæmone oriundi, neque Marmaridarum
genus usq; ad inaquosas solitudines protentum,
neque terribiles etiam audientibus Syrtes, Na-
samones quoque & Mauri, & innumerabilis
multitudo Numidarum virtutes impediere Ro-
manas. Sed tertiam partem orbis terrarum, cu-
jus ne numerare quidem nationes facile est, quæ
F scilicet sub Atlantico mari & columnis Herculis
usque ad rubrum mare infinitos numero, & lo-
cis Æthiopas continet, totam tamen ceperunt
armis: & præter fruges annuas quibus Roma-
nam multitudinem octo mensibus pascunt, alia
qvoq; vectigalia pendunt, expensas quoq; devo-
tissime imperio ministrat, nihil de his quæ juben-
tur, sicut vos, contumelioſum putantes. & quidē
G una cum illis tantum legio commoratur. Sed
quid opus est longe petitis exemplis potentiam
explicare Romanam? cum eam possitis de vici-
na vobis Ægypto diligenter inspicere. Hæc enim
cum usq; ad Æthiopias porrigatur, opulentamq;
Arabiam, contigua quoque sit Indiæ, quin-

quaginta & septingentas myriadas incolarum habens, præter Alexandrinorum plebem, tamen vecti-
galia, qvorum magnitudinem de censu singulorum capitum æstimari licet, devotissime penditans,
Romanum non dedignatur imperium: & certe quam magnum stimulum defectionis habens,
Alexandriam scilicet, multitudine & divitiis abundantem, magnitudine qvoque non imparem. Habet
siquidem in longitudine stadia triginta, in latitudine vero non minus quam decem, tributorum vero
multo amplius per menses singulos infert, quam vos toto anno penditis: & præter pecuniam,

quatuor menſium Romanæ plebi annonam miniſtrat. Munitur autem undique aut incommeabili ſolitudine, aut importuoſo mari, aut fluminibus, aut cœnoſis paludibus, quorum tamen omnium nihil Romana fortuna fortius fuit. Duæ enim legiones civitati inſidentes, profundam Ægyptum cum illa Macedonum nobilitate frænant. Quos igitur in bella de ſolitudinibus aliquibus ſocios aſſumetis? Siquidem omnes qui in orbe habitabili degunt, Romani ſunt: niſi forte quis veſtrum ſpes ſuas ultra Euphratem porrigat, & Adiabenorum regionem gentiles ſuos æſtimet adjutores. Porro nec illi propter irrationabilem cauſam tanto ſe bello implicabunt: nec ſi tam probroſo operi aſſenſum darent, Parthus tamen ſineret. Eſt quidem ei cura tuendæ cum Romanis amicitiæ, & arbitrabitur fœdus eſſe temeratum, ſi quis de his qui ſubjecti ſunt ejus imperio, adverſum Romanos in bello procedat. Supereſt igitur ut ad divinum confugiatur auxilium. verum & hoc apud Romanos eſt. ſine Deo quippe impoſſibile eſſet imperium tale conſiſtere. Conſiderate autem quemadmodum hæc ipſa erga ipſam religionem immoderatio, etiam ſi cum longe inferioribus bellum geratis, tamen ad diſpenſandum ſit vobis difficillima, atque eadem transgrediendo offendatis Deum, per qvæ eum auxiliaturum putatis. Si enim ſervetis ſabbatorum conſuetudinem, & ad nullum actum moveamini, facile profecto capiemini. Sic quippe etiam majores veſtri experti ſunt, hos maxime dies Pompejo ad bellum deſtinante: in quibus ſcilicet hi qui oppugnabantur, otia gerebant. Tranſgredientes autem in bello legem patriam, neſcio propter quid in reliquum dimicetis. Una ſiquidem nunc vobis intentio eſt, ne quid de patria inſtitutione ſolvatur. Quemadmodum autem advocabitis in adjutorium Deum, ſi cultum ei debitum ſponte violetis? Aſſumunt autem ſinguli quique bellum, vel divinæ virtuti, vel humanis opibus confidentes. Cum vero utraque hæc quantum ad ipſam pertinet conſequentiam, deferuntur, in manifeſtam utique captivitatem volentes pugnare proſiliunt. Quid autem prohibet propriis manibus filios veſtros conjugeſque laniare, & hanc pulcherrimam inflammare patriam? Erumpentes ſiquidem in furorem, lucrabimini vel ignominiam ſuperatorum. Bonum eſt, ô amici, bonum eſt, dum adhuc ſtat navis in portu, præcavere tempeſtatem futuram, & non eo tempore, quo in medias irruetis procellas trepidare. His ſiquidē qui in improviſa mala inciderint, ſupereſt ut digni vel miſeratione videantur: qui vero ſe in apertum diſcrimen injecerint, etiam exprobrationibus onerentur. Niſi forte aliquis veſtrum æſtimet ſecundum pacta conflictum ire Romanos, aut poſtquam vicerint, moderate vobiſcum acturos, & non in exemplum aliarum gentium ſacram hanc urbem inflammaturos, interfecturos autem univerſum genus veſtrum. Neque enim qui ſuperfueritis armis, uſquam locum fugæ habebitis, univerſis ſcilicet gentibus vel jam habentibus Romanos dominos, vel habere metuentibus. Periculum autem non ſolum vos manebit, ſed etiam in reliquis civitatibus habitantes Judæos: Neque enim eſt in toto orbe populus, in quo non veſtra portio ſit: quos certe omnes vobis rebellantibus, cæde crudeliſſima diverſi quique conficient, & propter paucorum virorum

A τῇ ῥώμῃ σῖτον μεμιῶν τεσσάρων. τετείχισται δὲ πάντοθεν ἢ δυσβάτοις ἐρημίαις, ἢ θαλάσσαις ἀλιμένοις, ἢ πταμοῖς, ἢ ἕλεσιν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἰσχυρότερον ἐφάνη τῆς ῥωμαίων τύχης. δύο δ' ἐγκαθήμεναι τῇ πόλει τάγματα, τί καὶ βαθεῖαν ἄγνοιαν ἅμα τῇ μακεδόνων ἀλγεινὰ χαλνοῖ. τίνας οὖν οἴει ὑπὲρ τῶν πολεμίων ἐκ τῆς ἀοικήτου θαλάττης συμμάχους. οἱ μὲν γὰ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης, πάντες εἰσὶ ῥωμαῖοι. εἰμή τις ὑπὲρ Euphratem ἐκτείνῃ τὰς ἐλπίδας, καὶ τοὺς ἐκ Ἀδιαβηνῆς ὁμοφύλους οἴεται προσαμυνεῖν. οἱ δ', οὔτε δι' αἰτίαν ἄλογον τηλικούτῳ πολέμῳ συμπλέξουσιν ἑαυτούς, οὔτε βουλόμενοις κακῶς, ὁ πάρθος ὑπερβήσεται. πρόνοια γὰ αὐτῷ τῆς πρὸς ῥωμαίους ἐκεχειρίας, καὶ θαῤῥεῖν οἰήσεται τὰς σπονδάς, κἂν τις τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντι ῥωμαίους ἴῃ. λοιπὸν οὖν ὅτι τῷ ἐκ θεοῦ συμμαχίαν καταφάκτιον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο θαῤῥοῦμεν πάντως. δίκαια γὰ θεοῦ συσῆναι τηλικαύτην ἡμερότητα ἀδύνατον. σκέψασθε δ' εἰς ὑμῖν τὸ τῆς θρησκίας ἄπρακτον, εἰ καὶ πρὸς ὀχυρώτατον πολεμήσητε, δυσθυμήτον, καὶ ὃν ἂ μάλιστα τὸν θεὸν ἐλπίζετε σύμμαχον, ταῦτα ἀναγκαζόμενοι θαῤῥεῖν ὑποστρέφετε. προῶντες μὲν γὰ τὰ τῶν ἑβδομάδων ἔθη, καὶ πρὸς μηδεμίαν πρᾶξιν κινούμενοι, ῥᾳδίως ἁλώσεσθε; καθάπερ οἱ πρόγονοι πεμπτῷ, ταύτας μάλιστα τὰς ἡμέρας ἐνεργοὺς ποιησάμενοι τῆς πομπηίου, ἐν αἷς ἤρξαντο οἱ πολιορκούμενοι. θαῤῥοῦντες δ' ἐν τῷ πολέμῳ τὸν πάτριον νόμον, οὐκ οἶδα ὑπὲρ ὅτου λοιπὸν ποιήσεσθε τὸν ἀγῶνα. ἀπουδὴ γὰρ ὑμῖν μία, τὸ μὴ τῶν πατρίων τι καταλῦσαι. πῶς δ' ἐπικαλέσεσθε τὸ θεῖον εἰς ἄμυναν, οἱ θαῤῥοῦντες ἑκουσίως τοῦ εἰς αὐτὸ θεραπείαν; ἐπανορθοῦται δ' ἕκαστοι πόλεμον, ἢ θεία πομπή τις, ἢ ἀνθρωπεία βοηθεία. ὅταν δ' τὴν παρ' ἀμφοῖν τὰ νεῦρα δοκοκόπῃ, φανερὰν ἄλωσιν οἱ πολεμοῦντες αἱροῦνται. τί δ' κωλύει τῆς ἑαυτῶν χερσὶ διαχρήσασθαι παῖδα καὶ γυναῖκας, καὶ τοῦ θεοκαλεστάτου πατρίδα τούτοις καταφλέξαι; μανέντες γὰ οὕτω, τί γε τῆς ἥττης ὄνειδος κερδήσετε. καλεῖν ὦ φίλοι καλὸν, ἕως ὅτι ἐν ὁρμῇ τὸ σκάφος, προσκέπτεσθαι τὸν μέλλοντα χειμῶνα, μηδὲ εἰς μέσας τὰς δινέλλας ὅτε λιμένος ἀναχθῆναι. τοῖς μὲν γὰ ἐξ ἀδήλων ἐπιπεσοῦσι δεινοῖς, τὸ γοῦν ἐλεεῖσθαι πάρεστιν. ὁ δ' εἰς προδήλου ἀπώλειαν ὁρμῶντας, καὶ προσονειδίζεται. πολλοῦ δὲ μὴ τις ὑπολαμβάνει τὸν σωτῆρας πολεμήσειν, καὶ ῥωμαίους κρατήσαντας ὑμῶν μετρίασειν, ἀλλ' ὁσονοῦν τῶν ἄλλων ἐθνῶν, καταφλέξειν μὲν τοῦ ἱερὰν πόλιν, ἀναιρήσειν δὲ πάντων ὑμῶν τὸ φῦλον. οὐδὲ γὰ ἐλεήσειν φεύγοντες φυγῆς εὑρήσετε τόπον, ἁπάντων ἐχόντων ῥωμαίους δεσπότας, ἢ δεδοικότων ἔχειν. ὁ δ' κίνδυνος, οὐ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις κατοικούντων. ἀ γὰρ ἔστιν ὅτι τῆς οἰκουμένης δῆμος, ὁ μὴ μοῖραν ἡμετέραν ἔχων. οὓς ἅπαντας πολεμησάντων ὑμῶν ἕνεκα, κατασφάξουσιν οἱ διάφοροι, καὶ δι' ὀλίγων ἀνδρῶν κακόσου-

B

C

D

E

F

G

κακοβουλίαν, πᾶσαι συληρωθήσεται πόλις Ἰουδαϊκοῦ φόνῳ. καὶ συγγνώμη μὲν τοῖς τὰ τοῦτο πράξασιν, ἂν ὑμῖν μὴ πραχθῇ, λογίσασθε πῶς πρὸς οὕτω φιλανθρώπους ὕβρεως κινεῖν ἀνόσιον. εἰστελθέτω ὑμᾶς, εἰ μὴ καὶ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἀλλὰ τῆς μητροπόλεως ταύτης, καὶ τῶν ἱερῶν, φείσασθε τοῦ ἱεροῦ, καὶ τοῦ νόμου ἑαυτοῖς μὴ τῶν ἁγίων τηρήσατε, ἀφέξονται γὰρ οὐκ ἐπὶ ῥωμαίοις τούτων κρατήσαντες, ἂν φεισάμενοι πρότερον ἡττηθῶσιν. μαρτύρομαι γὰρ ἐγὼ μὲν ὑμῶν τὰ ἅγια, καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ, καὶ πατρίδα τὴν κοινὴν, ὡς ἐδέν τῶν σωτηρίων ὑμῖν καθυφηκάμην. ὑμεῖς γὰρ βουλόσθε μὲν τὰ δέοντα, κοινῇ σὺν ἐμοὶ τὴν εἰρήνην ἔχετε. πρόσχοντες γὰρ τοῖς θυμοῖς, χωρὶς ἐμοῦ κινδυνεύσετε. παύσατε οὖν, ἐπιδάκρυσε τε μετὰ τῆς ἀδελφῆς, καὶ τὸ πολὺ τῆς ὁρμῆς αὐτῶν ἔπαυσε τοῖς δάκρυσιν. ἀνέβοων γὰρ, οὐ ῥωμαίοις, ἀλλὰ Φλώρῳ, δι' ἃ πεπόνθασι πολεμεῖν. πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀνέστησε, ἀλλὰ τὰ ἔργα ἔφη ῥωμαίοις ἤδη πολεμιώτατα ἐστίν. ἔτι γὰρ τῷ καίσαρι δεδώκασι τὸν φόρον, καὶ τοῖς στοαῖς ἀπεκόψατε τὴν ἀντωνίας. δύσκολόν τοι σθαι δ' ἂν τὴν αἰτίαν τῆς ἀπειθείας, εἰ ταύτας τε σώσαιτε πάλιν, καὶ πλείστου τιμῶν ἐισφοράν. ἀγγὰρ ἤδη τὰ Φλώρου τὸ φρούριόν ἐστιν, ἢ Φλώρῳ τὰ χρήματα δώσετε.

ΚΕΦ. κθ.

Τούτοις ὁ δῆμος ἐπείθετο, καὶ μὴ ὁ βασιλεὺς τὴν Βερνίκης ἀναβαίνης εἰς τὸ ἱερὸν, κατήρξαντο τῆς τῶν στοῶν δομήσεως. εἰς γὰρ τὰς κώμας, ἄπερ ἄρχοντες, καὶ οἱ βελόστοι μεμερισθέντες, τοὺς φόρους συνέλεγον. ταχέως γὰρ τὰ τεσσαράκοντα τάλαντα, τοσοῦτον γὰρ ἔλειπεν, ἠθροίσθη. καὶ ὁ μὲν πολέμου τότε τὸν ἀπειλὴν, οὕτω κατέσχεν ἀρξάμενος. αὖθις δὲ ἐπειρᾶτο πείθειν τὸ πλῆθος ὑπακούειν Φλώρῳ, ἄχρις αὐτὸ αὐτὸ πέμψῃ κῆνσον βασιλέα. πρόσχοντες γὰρ ἐβλασφήμουν εἰς τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πόλεως αὐτὸν ἐξεκήρυσσον. ἐτόλμων δέ τινες τῶν στασιαστῶν καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν βάλλειν. ὁ γὰρ βασιλεὺς τὴν ὁρμὴν τῶν νεωτερίζοντων ἀκατάσχετον ὁρῶν, καὶ χαλεπήνας ἐφ' οἷς προπεπηλάκισο, τοὺς μὲν ἄρχοντας ἅμα τοῖς δυνατοῖς αὐτῶν ἔπεμπε πρὸς Φλῶρον εἰς κομιδήν, ἵνα σκέψωνται ἐξ αὐτῶν ὁποδίξῃ. τοὺς τὴν χώραν φορολογήσοντας. αὐτὸς γὰρ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Βασιλείαν. κἀν τούτῳ τινὲς τῶν μάλιστα κινούντων τὸν πόλεμον συνελθόντες, ὥρμησαν ἐπὶ φρούριόν τι καλούμενον μασσάδαν, καὶ καταλαβόντες αὐτὸ λάθρα, τοὺς μὲν ῥωμαίους ἀπέσφαξαν, ἑτέρους δὲ κατέσησαν ἰδίους.

ΚΕΦ. λ.

Ἅμα δὲ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἐλεάζαρος υἱὸς ἀνανίου ἀρχιερέως, νεανίας θρασύτατος, στρατηγῶν τότε, τοὺς ἐν τῇ λατρείαν λειτουργοῦντας ἀναπείθει, μηδενὸς ἀλλοφύλου δῶρον, ἢ θυσίαν παρὰ δέχεσθαι. τοῦτο δὲ τοῖς τὰ πρὸς ῥωμαίους πολέμου καταβολή. τῶν γὰρ ὑπὲρ τούτων θυσίαν καὶ σπένδοντες ἀπέβρίψαν, καὶ πολλὰ τῶν τε ἀρχιερέων καὶ τῶν γνωρίμων παρακαλούντων, μὴ παραλιτεῖν τὸ ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων ἔθος, οὐκ ἐπέδοσαν, πολὺ μὲν καὶ τῷ σφετέρῳ πλήθει πεποίθοτες,

A prava consilia: universæ urbes Judaico sanguine redundabunt. Manet autem venia eos qui talia patraverint, quod sint nimirum vestro vitio coacti. Si vero eadem exequi superstederint. considerate quam impium sit, adversum tam benignos arma movisse. Subeat autem vos miseratio, & si non filiorum vestrorum atque conjugum, saltem istius civitatis, quæ mater urbium vestræ regionis vocatur. Parcite mœnibus

B sacris, parcite venerabilibus adytis, templumque vobis & sancta sanctorum servate. Neque enim ulterius victores Romani his abstinebunt, quibus primo parcentes nullam receperunt gratiam. Ego testor quidem sancta vestra, sacrosque angelos Dei, patriamque communem, quod nihil eorum consiliorum, quæ vobis viderim expedire, subtraxerim. vos autem decernentes,

C quæ oportet, mecum in pace degetis: si vero protuleritis iras, absque me periculis subdemini. His dictis, astante etiam sorore lacrymavit, & multam partem de eorum impetu lacrymis infregit. Succlamabant autem non se adversum Romanos, sed adversum Florum ob ea quæ pertulissent, bellum gerere. Ad quos rex Agrippa: Sed opera vestra, inquit, talia sunt, qualia adversum Romanos pugnantium. neque enim

D Cæsari vectigal dedistis, & Antonianas porticus incendistis. Sopietis autem causam defectionis, si & porticus denuo construatis, & tributa reddere maturetis. Neque enim Flori hoc præsidium est, aut pecuniam Floro dabitis. His consultis populus acquievit, & cum rege ac Bernice ascendentes in templum porticus ædificare adorti sunt. Per vicos autem & regiones

E principes quique decurionesque dispersi, vectigal colligebant: celeriterque quadraginta talenta (tantum enim erat reliqvum) redacta sunt. Et belli quidem imminentes minas eo tunc more Agrippa compescuit. Deinceps vero persuadere populo tentabat, ut parerent Floro, donec successor ei à Cæsare mitteretur. Ad quam orationem multitudo accensa, nec a verborum

F in regem contumeliis temperavit, sed protinus eum urbe pepulerunt: ausique sunt nonnulli seditiosorum etiam saxa in eum jacere. Rex autem videns tumultuantium irrevocabilem impetum, & conqverendo quod contumeliis esset affectus, principes qvidem eorum una cum aliis potentibus misit ad Florum Cæsream, ut ipse ex eis eligeret, qui de tota regione vestigal exi-

G gerent: ipse vero discessit in regnum.

CAP. XVII.

De cœpta rebellione Judæorum contra Romanos.

PEr idem tempus quidam eorum, qui bellum maxime movebant, congregati irruebant in qvoddam præsidium, quod vocabatur Massada: & occulte eo pervaso, Romanos omnes interfecerunt: alios autem de suis posuerunt custodes. In templo quoque Hierosolymorum Eleazarus quidam, filius Ananiæ pontificis, juvenis audacissimus, dux illo tempore militum, persuasit his qui sacrificiis ministrabant, ut nullius munus aut hostia, qui non esset de Judæorum gente, susciperetur. Id autem erat Romani belli seminarium atq; materia. Rejecit siquidem hostias Cæsaris, quæ pro Romano populo offerri solitæ erant. Plurimum autem super hoc pontificibus, aliisq; nobilibus deprecatis, ut non præterirent eum morem, qvo supplicabatur pro regibus, nihil tamen acquieverunt, non parum quidem & suæ multitudini confidentes:

SEditiosi vero templum tenentes aperte qvidem & qvotidie militibus in aggeribus positis repugnabant. Vicesimo autem septimo die prædicti mensis, hujusmodi dolum excogitant. Occidentalis porticus spacium, qvod inter culmen & trabes erat vacuum, sylvis aridis, itemqve sulfure ac bitumine replevêre. Deinde velut oppressi cedebant. Qvare multi quidem temerarii fugientibus instabant, & in porticum ascendere positis scalis nitebantur. qui vero prudentiores erant, nullam fugæ causam Judæis fuisse cogitantes, locis suis manebant. Verum porticu repleta his qui ascenderant, ignem immittunt Judæi excitataq; undiqve subito flamma Romanos & qvi extra periculum steterunt ingens stupor invasit, & desperatio qvos incendium ceperat occupavit. flammis enim cincti semetipsos retrorsum in oppidum, alii vero in hostes præcipitabant: multi spe salutis desilientes in puteos, ilico debilitabantur: alios, dum conantur, prævenie-

Romani flammis pereunt dolo Judaico, & de Artorio quodam

bat incendium: alii ferro flammam antevertebãt. statim vero & alios fugientes ignis comprehendebat, plurimum pervagatus. Cæsarem vero licet morientibus indignaretur, quod injussi porticum ascenderant, misericordia tamen eorum tetigit. Cumqve nemo prohibere posset incendium, hoc erat tamen solatio pereuntibus, quia videbãt ejus dolorem, pro qvo ipsi animam perderent. Vociferans enim, & ante alios profiliens, & comites suos qvam possent auxilium ferre obsecrans, cernebatur. Ejusqve voces & affectiones quisque, velut aliquam præclarissimam sepulturam secum auferens moriebatur. Nonnulli tamen recepti in partem porticus latiorem, flammarum quidem periculum evasêre. obsessi autem a Judæis; cum diu fauci restitissent, postremo universi cecidêre. Post omnes autem qvidam si venis, nomine Longus, toti huic ornamento fuit calamitati: & quamvis sigillatim digni sint memoria, qui periêre, omnium tamen fortissimus demonstratus. Qvem Judæi qvidem, & quia fortis erat, & quia interficere eum cupiebant, ad se descendere promissa fide hortabantur. Frater vero ejus Cornelius, qui ex altera parte stabat, ne gloriam suam Romanamq; militiam dehonestaret orabat: cui magis obtemperavit. sublatoq; altius gladio, ut ab utrisq; partibus cerneretur, semetipsum occidit. Eorum autem qvos ignis obfederat, Artorius qvidam, calliditate servatus est. Appellato enim clara voce Lucio qvodam, commilitone & contubernali suo: hæredem te, inquit, relinqvo totius patrimonii mei, si me exceperis. Cum autem ille prompto animo accurrisset, ipse qvidem, qui se in eum projecerat, vixit: Lucius vero plendere oppressus, constratoqve lapidibus

solo allisus, continuo moritur. Ea calamitas pauliſper quidem Romanis triſtitiam comparavit, in poſterum tamen cautiores effecit; & adverſus Judæorum inſidias juvit, quibus plerumq; locamoresq; hominum neſcientes lædebantur. Exuſta eſt vero porticus ad turrim usqve Joannis, quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat, ſupra poſtes qui in Xyſtum ducerent ædificaverat: reliqvum vero Judæi, poſtqvam conſumpti fuerant, qui aſcenderant, abſciderunt. Poſtero autem die Romani quoque, porticum quæ in Boreæ parte fuit, ad Orientalem usqve totam incendit: continentem angulos ejus, quæ appellatur Cedronos, ſuper vallem ædificata: unde etiam profunda erat & horribilis ejus altitudo.

CAP. VII.

De fame Judæorum.

CIrca templum quidem ita ſe res habebant. Eorum vero qui per civitatem fame corrumpebantur, infinita multitudo moriebatur. Inenarrabiles autem clades eveniebant. Per ſingulas namqve domos ſicubi aliqua veſtigia cibi apparuiſſent, bellum illico gerebatur: & amiciſſimi inter ſe ad manus veniebant, miſeris deripientes animis viaticum. Fides autem penuriæ nec morientibus habebatur: ſed etiam quos viderent expirare, ſcrutabantur latrones: ne quem forte cibum ſinu occultans quiſpiam, moreretur. Ipſos autem ſpes egeſtate victus hiantes, veluti canes rabidos decipiebat: & impingentes in oſtia, tanquam ebrii ferebantur, easdemq; domos bis ac ter eodem momento deſperatione inquietabant, omniaq; dentibus neceſſitas ſubigebat: & ea colligentes, quæ nullum, quamvis ſordidiſſimum, mutorum animalium, non horreret, comedere patiebantur. Deniq; nec cingulis nec calciamentis abſtinuêre, coriaq; ſcutis detracta mandebant. Quin etiam fœni veteris laceramenta victui habebantur: cujus nonnulli exiguum pondus quatuor Atticis vænundabant. Et quid opus eſt famis improbitatem ex rebus anima carentibus demonſtrare? Factum enim relaturus ſum, neqve apud Græcos, neqve apud Barbaros cognitum, & dictu quidem horrendum, auditu vero incredibile. Itaqve libenter hanc calamitatem intermitterem, ne mentiri me poſteri æſtimarent, niſi teſtes multos haberem, & fortaſſe patriæ frigidam referrem gratiam, parcius ea diſſerens, quorum fata perpeſſa eſt.

CAP. VIII.

De muliere quæ per famem filium coxerat.

MUlier quædam ex numero trans Jordanem habitantium incolatum, Maria nomine, Eleazari filia de vico Vetezobra, quod ſignificat domus hyſſopi, genere ac divitiis nobilis, cum alia multitudine refugiens in Hieroſolymam recepta, cum cæteris obſidebatur. Hujus alia quidem bona tyranni diripuerunt, quæ ex transamnanis locis in oppidum comportaverat. Reliquias vero conditorum, & ſi alimenta reperiſſet, irrumpentes domum ejus ſatellites, quotidie auferebant. Graviter autem mulier indignabatur: propterea q; ſæpiſſime raptoribus maledicens, & imprecans, eos contra ſe vehementius irritabat: cum neq; iratus, neq; miſerans eam quiſquam vellet interficere. Sed victum quidem parando aliis parabat: undiq; autem adempta jam erat ei etiam rapiendi facultas, famesq; viſceribus & medullis irrepſerat.

A ... τὸν δ' βάρος τῶν λιθοβολούντων ἀνασέσειχθαι, θαῦμα θνητοῖς. ἔτι τὸ παθεῖν τοὺς ἡμετέρους μὲν ῥωμαίους ἐνεπιπτον ἀθυμίαν, τοὺς δὲ τὸ μέλλον ὁρμᾶν, κατασβέσαι φυλακικωτέρους, καὶ πρὸς τὰς ἰουδαίων ἀπάτας ὠφέλησεν, ἐν αἷς τε πολλαὶ διέγνωσαν τύπων, καὶ τὸ πάθος τῶν ἀνδρῶν ἐβλάστησεν. κατέκαη δὲ καὶ μέχρι τοῦ ἰωάννου πύργου, ὃν σκέπων ἐν τῇ πρὸς σίμωνα πλήμμυρα κατασκάσασιν, ὥσπερ τὰς ἐξαγούσας ὥσπερ τὰ ζωὰ πύλας. τὸ δὲ λοιπὸν ἀπιδιεφθαρμένοις ἤδη ἰουδαίοις τῆς ἀναβάσιν ἐπέκυψεν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ ῥωμαῖοι τὸ βόρειον στοὰν ἐνέπρησαν μέχρι τῆς ἀνατολικῆς ὅλου, ὃ ἡ συναπτουσα γωνία τὸ κεδρῶνος καλουμένης φάραγγος ὑπερδεδόμηται, πρὸ δὲ φοβερὸν ὁ βάθος. ἐπὶ τοσοῦτον μὲν τὸ ἱερὸν ἐπὶ τούτοις ἦν.

ΚΕΦ. ι.

B ΤΩν δ' ἐν τῇ πόλει φθειρομένων καὶ τῶν πολλῶν, ἄπορον μὲν ἐπιπλῆξαι τὸ ὠλεθρον ἀδύνατον δ' ἐστὶν ἐξισῶσαι τοῖς πάθεσι. καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν εἰ τινα τροφῆς ὤφθη φαντασία σιτοῦ, πόλεμος ἦν, καὶ μέχρι ἐχθρῶν οἱ φίλοι τοῖς φίλοις ἐπολέμουν, ἁρπάζοντες τὰ παλαίπωρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. πᾶσι δ' ἀπορεῖν ἐδόκει τοὺς θνήσκοντας ἦν, ἀλλὰ καὶ τοὺς σκεπτόμενοι οἱ λῃσταὶ διῃρεῦνων, μή τις ἐπὶ κόλπων ἔχων τροφὴν, σιτοῦτο τὸν θάνατον αὐτοῦ. οἱ δ' ἐπὶ ἐνδείας κεχηνότες, ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρέφερον, καὶ ταῖς αὐταῖς οἰκίαις ἐστοιχοῦν δὶς ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. πᾶσι δ' ἐπὶ ἐδωδῆς ἦλθ' ἡ ἀνάγκη, καὶ τὰ μηδὲ τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀλόγων ζώων τροφῆς, συλλέγοντες ἐπὶ τὰ ἔφερον. ζωστῆρων γοῦν καὶ ὑποδημάτων τὸ πλῆθον οὐκ ἀπέχοντα, ἐπὶ τὰ δέρματα τῶν ἀσπίδων ἐμασῶντο. τροφὴ δ' ἦν καὶ χόρτα τινὰ καὶ πηλὸς ἀπεραίματος· τοῦτο δ' ἦν συλλέγοντες, ἀλλήλοις φθόνον ἐπώλουν αὐτοῖς ἀπόρων.

ΚΕΦ. ια.

C ΚΑὶ τί δεῖ τὰ ἐπ' ἀψύχοις ἀναίσθοις ὕλαις λέγειν; ἐμοὶ γὰρ ἀνάγκη δηλῶσαι ἔργον, οὗ μήτε παρ' ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἀκοῆ φέρεται μὲν ἐπ' ἐμοὶ, ἄπιστον δ' ἀκοῦσαι· καὶ ἐγὼ μὴ δέχομαι τεραπεύειν τοῖς αὐτὸς ἀνθρώποις, κἂν παρέλιπε τὴν συμφορὰν ἡδέως, εἰ μὴ τοσαύτην εἶχον ἀτίμους μαρτυρίας. ἅλλως τε καὶ ψυχρὸν καταδικάζω τῷ πατρίδι χάριν καλυφέμενος τὸν λόγον, ὃ πεῖσομαι τάχα. γυνὴ τις τῶν ὑπὲρ τὸν ἰορδάνην κατοικούντων, ματρία τὄνομα, πατρὸς ἐλεαζάρου, κώμης βαθεχὲρ, σημαίνει δ' ἕσπου οἶκος ὑσσώπου, διαφόρῳ καὶ πλούτῳ σήμερον, μετὰ δὲ λοιπῶν πολιτῶν εἰς τὰ ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτῆσιν οἱ τύραννοι διήρπασαν, ὅσην ἐκ τῆς πρώτης ἀναστάσεως μόνην μετῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων, κἂν εἴτι προφθὰς ἀπέθετο, καθ' ἡμέρας ἐσπεύδοντες ἥρπαζον οἱ δορυφόροι. δεινὴ δὲ τὸ γύναιον ἀγανάκτησις εἶσηει, καὶ πολλάκις λοιδορήσασα, καὶ κατερωμένη τοὺς ἁρπαγας, ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. ὡς δ' οὔτε παροξυνόμενός τις οὔτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῄρει· καὶ τὸ μὲν εὑρεῖν τι σπὼν ἄλλος ἐσκόπει, πανταχόθεν δ' ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὑρεῖν, ἐλιμὸς δὲ σφᾶς ἀπλάγχνων καὶ μυελῶν ἐχώρει

D E F G

ἡ δὲ

καὶ δ' λιμῶ μᾶλλον ἐξήκαιον οἱ θυμοὶ, σύμβουλον λαβὼν αὐτὸν ὀργὴν μὴ τῆς ἀνάγκης, ἀλλὰ τῷ φύσιν ἔχειν, καὶ τὸ τέκνον· ἰδοὺ δ' αὐτὸ πᾶς ἐστομάσω, ὃν ἁρπασάμην· βρέφος ἔτι ἄθλιον ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει, τίνι σε τηρήσω; τοῖς μὲν γὰρ ῥωμαίοις, δουλείαν κἂν ζήσομεν ἐπ' αὐτοῖς. φθόνος δ' ἐστὶ δουλεία ὁ λιμὸς; εἰ στασιάζει δ' ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. ἴδε γοῦν μοι τροφὴ, καὶ τοῖς στασιάζουσι ἡμῖν, καὶ τοῦ βίου μῦθος; ὁ μὲν ἐλλείπων τὰ ἰουδαίων συμφοράς. καὶ τοῦτ' ἄμα λέγουσι κτείνει τὸν υἱὸν, ἔπειτ' ὀπήσουσι, τὸ μὲν ἥμισυ κατεθύσε, τὸ δ' λοιπὸν κατακαλύψασι ἐφύλαττεν. οἱ δ' ἰουδαίων οἱ στασιάζοντες παρῆσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσης ταχὺ ἀνῆψαν, εἰ μὴ δείξειε τὸ φθεγξάμενον, ἀποσφάξειν αὐτοῖς οἱ ἰουδαῖοι. ἡ δ' ἐκ μοίρας αὐτοῖς ἱκανὸν καλεῖ τετηρηκέναι, τὰ λειψανα δ' τέκνου διεκάλυψε. τοὺς δ' ἰουδαίους φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ἦρεν, καὶ φθάσαι τοῖς ὄψιν ἐπιπηδῆσαι. ἡ δ', ἐμὸν ἔφη ἔστ' τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα. μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυναικὸς, μήτε σύμπαθέστεροι μητρὸς. εἰ δ' ὑμεῖς εὐσεβεῖς, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀποστρέφεσθε θυσίαις, ἐγὼ μὲν ἥμισυ βέβρωκα, καὶ τὸ λοιπὸν δ' ἐμοὶ μεινάτω. μὴ πάσχετε οἱ μὲν τρέμοντες ἐξῆεσαν πρὸς ἓν ἅπαντες δειλοὶ, καὶ μόλις τούτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ φθάσαντες ἀνεστενάχθη δ' εὐθέως ἅλη δ' μύσος ἡ πόλις, καὶ πρὸ ὀμμάτων ἕκαστον τὸ πάθος λαμβάνων, ὡς παρ' αὐτοῦ καινοτομηθὲν ἔφριττεν. ἀπεδύη δ' τ' λιμωττόντων ἀλλ' τ' θανατον ἴσον, καὶ μακαρισμὸς τ' φθασάντων, πρὶν ἀκοῦσαι, καὶ θεάσασθαι κακὰ τηλικαῦτα. ταχέως δ' καὶ ῥωμαίοις διηγγέλθη τὸ πάθος. τῶν δ' οἱ μὲν ἠπίστουν, οἱ δ' ὠκτιρον, τοὺς δ' πολλοὺς εἰς μίσος δ' ἔθνους σφοδρότερον συνέβη προελθεῖν. καίτοι δ' ἀπελογεῖτο καὶ πρὸ τούτου τοῦ θεοῦ, φάσκων τὴν μὲν αὐτοῦ ἰουδαίοις ἐφιλίαν, καὶ αὐτονομίαν προτείνειν, καὶ πάντων ἀμνηστίαν τῶν τετολμημένων. τοὺς δ' ἀντὶ μὲν ὁμονοίας στάσιν, ἀντὶ δ' εἰρήνης πόλεμον, προκόρους δ' καὶ εὐθηνίας, λιμὸν αἱρουμένους; ἰδίως δ' χερσὶν δεξαμένους καὶ τὸν σωτηρίαν ὑφ' ἡμῶν ἱερὸν, αὐτοὺς εἶναι καὶ τοιαύτης τροφῆς ἀξίους. καλύψαι μέν τοι τὸ τῆς τεκνοφαγίας μύσος, αὐτῷ τοῦ πατρίδος πώματι, καὶ καταλεῖψαι δεῖ τ' οἰκουμένης ἡλίῳ καθορᾶν πόλιν, ἐν ᾗ μητέρες ἔτρωγον τροφίμους: προσῆκεν μὲν τοι τοῖς μητέρων πατράσι τοιαύτην τροφὴν, οἱ δὲ μὴ τηλικαῦτα πάθη μένουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις. παθεῖν ἅμα δίκαιον, ἐνενόει δὲ τοῖς ὑπηγωνισμένοις τ' ἀνδρῶν· καὶ γὰρ ἂν ἐπισωφρονῆσαι τοὺς πάντα προπεπονθότας ἐφ' οἷς εἰκὸς ἦν μεταβαλέσθαι, μὴ παθόντας.

Κεφ. κϛ.

ΗΔΗ δ' τῶν δύο πραγμάτων συντετελεσμένων τὰ χώματα λᾶας μείζους ὀγδοήκοντα πρόσαντες ἐκέλευσε τοὺς κελεύοντας καὶ τοῖς ἑαυτέρων ἐξέδρᾳ, δ' ἔσωθεν ἱεροῦ. πρὸ δὲ τούτων ἐξ ἡμέρας ἀλλαλείπτως στερρότατη πασῶν ἐλέπολις τύπτουσα τὸν τοῖχον, οὐδὲν λύουσεν. ἀλλὰ καὶ ταύτης καὶ τῶν ἄλλων τὸ μέγεθος, καὶ ἡ ἁρμονία τῶν λίθων ἦν ἀμείνων. τὸ δ' βορείου πύλης ὑπορύττειν ἕτεροι τοὺς θεμελίους, καὶ πολλὰ παλαιπωρήσαντες, τοὺς ἔμπροσθεν λίθους ἐξεκύλισαν· ἀνέχετο δ' ὑπὸ τῶν ἐνδοτέρω καὶ διέμενεν ἡ πύλη, μέχρι τοὺς ἀπὸ τῶν ὀργάνων καὶ τῶν

A Plus vero quam fames iracundia succendebat. Igitur vi animi de necessitate impulsa, rebus adversis contra naturam excitatur: raptoque filio, quem lactantem habebat: miserum te, ait infans, in bello & fame & seditione cui te servavero? Apud Romanos etiam si vixeris, servituris es: fames autem prævenit servitutem: his vero seditiosi sæviores sunt. Esto igitur mihi cibus, & seditiosis furia, & humanæ vitæ fabula, quæ sola B deest calamitatibus Judæorum. Et hoc simul dicens, occidit filium, coctumque medium comedit, adopertum vero reliquum servavit. Ecce autem aderant seditiosi, & contaminatissimi nidoris odore capti, mortem ei statim, nisi quod parasset, ostenderet, minabantur. Illa vero bonam partem se reservasse respondens, aperit filii reliquias. Illos autem confestim horror cepit C atque dementia, visuque ipso diriguerunt. At mulier: & hic, inquit, est vere filius & facinus meum. comedite: nam & ego comedi. Nolo ut sitis aut fœmina molliores, aut matre misericordiores. Quod si vos pietatem colitis, & mea sacrificia repudiatis, ego quidem comedi, reliquum ejus me manebit. Post hoc illi quidem trementes exierunt, ad hoc solum timidi, vixq; hoc cibi matri cessere. Mox autem repleta est eo scelere D tota civitas: & unusquisque ante oculos sibi cladem illam proponens, tanquam hoc ipse admisisset, horrebat. Ab omnibus autem quos fames urgebat, properabatur ad mortem: & beati appellabantur, qui priusquam id paterentur interiissent. Cito autem Romanis etiam nunciata est illa calamitas. eorumque alii non credebant alii miserabantur, multos autem vehementius ejus gentis odium cœpit. E Cæsar autem super hoc Deum placabat: siquidem Judæis pacem obtulisset, eisque liberam proposuisset omnium oblivionem, quæ commiserant. Illos autem pro concordia seditionem, bellum pro pace, pro satietate atque opulentia famem optasse: & qui propriis manibus templum, quod ipse eis servasset, incendere cœperant, hujusmodi alimentis eos esse dignissimos. Veruntamen scelus hujus nefandi F victus, ruina sese patriæ operturum, neque relicturum in orbe terræ, ut sol inspiciat civitatem, in qua matres sic vescerentur. Ante matres autem patribus hujusmodi alimenta deberi: qui nec post ejusmodi clades arma deponerent. Simul hæc dicens, desperationem hostium reputabat, nec eos sanam mentem recepturos existimabat, qui cuncta jam pertulissent, quibus anteqvã G paterentur, mutare sententiam sperabantur.

CAP. IX.

OCtavo autem die mensis Augusti, cum duæ legiones aggeres perfeciissent, ad exhedram Occidentalem templi exterioris admoveri arietes jussit: cum quibus ante sex, qui firmissimus erat aries, parietem sine intermissione pulsando, nihil omnino profeciisset. Verum & hujus & cæterorum magnitudinem structura lapidum superabat. Septentrionalis autē portæ alii fundamenta suffodiebant: multumq; fatigati, exteriores tantū lapides evellere potuere, ab interioribus autem portæ sustinebantur. tamq; diu mansêre, donec instrumentorum &

De expugnatione muri, & incendio templi.

vectium conatibus desperatis, Romani scalas porticibus applicuêre. Judæi vero præventi, ne eas subire prohiberent, cum his congressi dimicabant. & alios quidem retro depellentes præcipitabant, accedentes alios subsidio trucidabant. multos de scalis egredientes, prius qvam se scutis obtegerent, ferientes gladiis præveniebant, nonnullas autem scalas armatorum plenas, in latus declinantes, dejiciebant. Unde Romanorum quoque non parva cædes sequebatur. Alii signis ablatis pro his decertabant, rapinam eorum gravissimæ fore turpitudini ducentes. Postremo tamen Judæi & signis potiuntur: & eos qui una ascenderant interficiunt, cæteri vero clade intereuntium perterriti descendunt. Romanorum quidem nemo non aliqvo facto opere procubuit. Seditiosorum autem, qui prioribus præliis etiam tunc fortiter pugnaverunt, & præterea Eleazarus fratris Simonis tyranni filius. Titus autem cum videret se alieno templo cum damno & nece militum parcere, ignem portis subjici jussit. Inter hæc autem ad eum profugi veniunt, Ananus Ammauntinus, Simonis satelles crudelissimus, & Archelaus filius Magadati, id circo sperantes veniam, quod Judæos victores reliquerant. Titus autem, cum hanc eorum in Judæos crudelitatem audivit, utrunqve obtruncare decrevit. Dicebat enim necessitate, non voluntate venisse: nec salute dignos esse, incensam ipsorum causa patriam deserentes. Veruntamen cohibuit iracundiam fides, eosqve dimisit, sed non eo loco habendos, quos etiam alios credidit. Jam vero portis milites ignem admoverant, liquefactoqve argento cito lignum flammæ absumpserant, cum subito auctæ proximas inde porticus corripuêre. Judæis vero ignem circum se videntibus, corpora simul animiq; ceciderunt: & stupore attoniti, adjuvare quidem vel extingvere nemo conatus est: stantes vero aspiciebant, nec tamen his, quæ absumerentur, dolentes, saltem ut quod reliqvum esset salvum haberent, animum colligebant. Illo quidem die, quæ secuta est nocte, crescebat incendium: paulatim enim nec simul undiqve inflammari porticus potuerunt. postero autem die Titus parte militum jussa incendium restingvere, perq; proxima portis loca viam sternere, ut facilior agminibus esset ascensus, rectores ad se convocat: sexqve collectis, qui erant proceres, Tiberio Alexandro totius militiæ præfecto, & Sexto Cereali quintæ legionis præposito, & Largio Lepido decimæ, & Tito Frigio quintædecimæ cum quibus erat etiam Æternius Fronto magister duarum Alexandrinarum legionum, & Marcus Antonius Julianus procurator Judææ, congregatisq; præterea chiliarchis & procuratoribus, consilium de templo proposuit. Aliis quidem videbatur lege belli utendi esse: nunquam enim Judæos a novis rebus posse desinere templo manente, quo omnes ubicunq; essent colligerent. Nonnulli si templum reliquissent Judæi, neqve armis pro eo quisquam certaret, conservandum esse svadebant;

κ᾽ τ̃ μοχλῶν ἁπτ̃χρήσας ἀπαγόντας, κλίμακας τ̃ σκαλῶν, ἐπεσέφερον. οἱ δ᾽ ἰουδαῖοι κωλύσειν μὲν οὐκ ἐδύναντο, ἀναβάντες δ᾽ συμπεσόντες, ἐμάχοντο. καὶ τοὺς μὲν ἀνωθοῦντες εἰς τὰ ὀπίσω κατεκρήμνιζον, τοὺς δ᾽ ἐπαναβαίνοντας ἀνῄρουν. πολλοὺς δ᾽ τ̃ κλιμάκων ἀποβαίνοντας, πρὶν φράξασθαι τοῖς θυρεοῖς παίοντες τ̃ ὁμοφύλους ἔφθανον. ἐνίους δ᾽ ἐμπύρους ἐπαλιτῶν κλίμακας, ἐκκλίνοντες ἄνωθεν κατέσφον. ἐπὶ δ᾽ οὐκ ἐλάγου, καὶ αὐτῶν φόνος. οἱ δ᾽ ἀνενέγκαντες τὰς σημαίας ἐκ αὐτῶν ἐπολέμουν, δεινὸν ἡγούμενοι, καὶ πρὸς ἡμῶν τούτων τὴν ἁρπαγὴν. πλὴν δ᾽, καὶ τ̃ σημαιῶν οἱ ἰουδαῖοι κρατοῦσι, καὶ τοὺς ἀναβάντας ἀμφοτέρωθεν οἱ λοιποὶ πρὸς τὸ τ̃ ὁπλιτῶν πλῆθος ἐρρωδοῦντες, ἀνεχώρουν. τ̃ μὲν οὖν ἑωμαίων ἄπρακτος ἰδέας ἀπῆλθεν. τ̃ δ᾽ στασιαστῶν, οἱ κ᾽ τοὺς πρώτους μάχας ἠγωνίσαντο χθιναίους Ϛ τότε, κ᾽ ἐλεάζαρος ἀδελφιδοῦς δ τυράννου σίμωνος. ὁ δ᾽ τίτος ὡς εἶδε τὸν ἀλλότριον ἱερὸν φεισάμενος, πρὸς βλάβης τὰς στοὰς ἠναγκάζετο καὶ φόνου, τοὺς πύλους πρότερον ὑφάπτειν.

Κεφ. κγ.

ΕΝ δ᾽ τούτῳ πρὸς αὐτὸν αὐτομολοῦσιν, ἄνανός τε ὁ ἀπ᾽ ἀμμαοῦς τ̃ σίμωνος δορυφόρων φοινικώτατος, καὶ ἀρχέλαος υἱὸς μαγαδάτου, ἐλπίσαντες, ἐπιδὴ κρατούντων ἰουδαίων ἀπέφυγον. τίτος δ᾽ κ᾽ ἐς τ̃ παράπαν ἔλεγχον τ̃ ἀνδρῶν, καὶ τὸν ἄλλον πρὸς τοὺς ἰουδαίους ὠμότητα πεπυσμένος, ὥρμητο κτείνειν ἑκατέρους. ὡς δ᾽ ἀναγκῆς ἤκθαι λέγων αὐτούς, οὐκ ἐκ προαιρέσεως παρεῖναι, κ σωτηρίας οὐκ ἀξίους εἶναι τοὺς φλεγομένης ἤδη δι᾽ αὐτοὺς τ̃ πατρίδος ἐξαλλομένους. ἐκράτησε δ᾽ ὅμως ἡ ὀργὴ πίστις κ᾽ ἀφῆσαι τοὺς ἄνδρας, ἐν μέσοις δ᾽ οὐ σώζειν μοίρᾳ κατάστασιν τοῖς ἄλλοις. ἤδη δ᾽ τὰς πύλας οἱ σταλῶται πρόσω τε πῦρ καὶ ὠθοῦντο ἀργύρου διεδίδοντος εἰς τὸν ξύλινον τοῦ φλοιοῦ, ἐν ὀλίγῃ αὐθρόως ἐκφερόμενα τῶν στοῶν ἐπελάμβανον. τοῖς δ᾽ ἰουδαίοις ὁρῶσι τὸ πῦρ ἐν κύκλῳ, μ᾽ τ̃ σωμάτων παρεῖχον τὴν ψυχήν, ἐλλ᾽ τὸν κατὰ τὴν ὄψιν, ἀμύνειν μὲν ἢ σβεννύειν ὠφελοῦντι οὐδείς· οἱ δ᾽ ἐσῶτις ἀφεώρων· ἐ μιᾷ πρὸς τὸ δαπανώμενον ἀθυμοῦντες, εἰς γῆν τὸ λοιπὸν ἐσωφρόνουν, ὡς ἤδη κ᾽ ναὸς καιομένης, τὰς θυμὸς ὀπὶ ῥωμαίους ἦγον. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ὑπὸ νυκτὸς, τὸ πῦρ ἐπεκράτει. κ᾽ μέρος δ᾽ ἔχ ὑμᾶς παρὸν ἴσχυσαν ὑφάψαι τὰς στοάς.

Κεφ. κδ.

ΤΗ δ᾽ ὑπούσῃ, τίτος μέρει τῆς δυνάμεως σβεσθέν τε καὶ ᾠδὰς τὰς πύλας εὐθυμίαν εἰς ὑμαρέστερον τ̃ πραγμάτων ἄνοδον κελεύσας, αὐτὸς σὺν τοῖς ἡγεμόνας, καὶ συνελθόντων ἐξ τῶν χορυφαιοτάτων, τιβερίου τε ἀλεξάνδρου δ᾽ πάντων τ̃ στρατηγμάτων ἐπάρχοντος, καὶ σέξτου κερεαλίου τὸ πέμπτου ἄγοντος τάγμα, καὶ λαρκίου λεπίδου τὸ δέκατον, κ᾽ τίτου φρυγίου τὸ πεντεκαιδέκατον. πρὸς οἷς φρόντων ἦν λιβερνίος, στρατοπεδάρχης τ̃ ἐπ᾽ ἀλεξανδρείας δύο ταγμάτων, καὶ μάρκος ἀντώνιος ἰούλιανος, ὁ τῆς ἰουδαίας ἐπίτροπος, καὶ μ᾽ τούτους ἐπιτρόπων καὶ χιλιάρχων ἀθροισθέντων, βουλὴν ὧδε δ᾽ ναοῦ ἐποιήσατο. τοῖς μὲν οὖν ἐδόκει χρῆσθαι τῷ δ᾽ πολέμου νόμῳ· μὴ γὰρ ἂν ποτε ἰουδαίους παύσασθαι νεωτερίζοντας δ᾽ ναὸν μένοντος, ἐφ᾽ ὃν οἱ πανταχόθεν συλλέγοιντο. τινὲς δ᾽ παρῄνουν, εἰ μὲν καταλίποιεν αὐτὸν οἱ ἰουδαῖοι, καὶ μηδεὶς ἐπ᾽ αὐτὸ πολεμοῖ, θεῖον σώζειν· εἰ δ᾽

εἰ δὲ πολεμοῦεν, ἁπανδήσας καταφλέγειν. φέρεσθαι γὰρ, A si vero id pugna obtinuissent, ignibus consumendum: quoniam castellum jam videretur esse non templum: & piaculum non ipse, verum illi, qui id fieri coegêre, committerent. Tito autem, nec si super stantes dimicarent Judæi, pro hominibus anima carentia ulciscendum esse dicente, neqve se unquam tantum opus incensurum: jam enim Romanorum fore hoc damnum, sicut ornamentum quoque fore imperii, si maneret: jam certi quid vellet, ad ejus accedunt sententiam, Fronto, Alexander & Cerealis. Tunc quidem consilium dimisit: jussisq; militibus quiescere, itemq; ducibus, ut his in procinctu validioribus uteretur, viam sternere per ruinas lectis ex cohortibus imperat, ignemq; restingvere. Illo quidem die Judæos labor timorq; ab impetu continuit. Postero autem collectis viribus, & recepta fiducia, per Orientalem portam contra templi exterioris custodes, secunda hora diei procurrunt. Illi autem primam quidem coitionem fortiter excepêre: septiq; scutis, a fronte murum condensa acie imitantur: certum tamen erat eos non diu daturos, quod & multitudine infestantium & animis vincerentur. Cæsar autem priusquam verteretur acies (nam pugnam ex Antonia prospectabat) cum equitibus lectis venit auxilio, impetum vero ejus non sustinuêre Judæi: sed primis interfectis, pleriqve fugam petunt: & cedentibus quidem Romanis, revertentes instabant: cum autem illi retorsissent, iterum refugiebant, donec circa horam quintam, Judæi vi coacti templum introire conclusi sunt. Titus autem discessit in Antoniam, decreto postridie mane cum omni exercitu aggredi, templumq; oppugnare. Sed id plane Dei sententia jamdudum igne damnaverat: evolutisq; temporibus aderat fatalis dies, qui erat decimus mensis Augusti, quo etiam prius a rege Babyloniorum fuerat concrematum. A domesticis autem causam principiumqve sumpsit id incendium. Nam cum pauliſper Titi discessu seditiosi quievissent, Romanos rursus aggrediuntur, custodumq; templi cum ignem exterioris fani restingventibus pugna committitur. Hiqve Judæis in fugam versis, usqve ad templum acceserunt.

CAP. X.

Qvemadmodum templum incensum est invito Tito.

Hic itaqve tunc militum quidam, non expectato cujusquam edicto, neqve tantum facinus veritus, sed divino quodam motus impetu, a contubernali suo sustollitur, & ex ardente materia raptum ignem in fenestram inserit auream, unde ad membra circum templum ædificata de Septentrionali regione aditus erat. Flamma vero excitata, Judæorum quidem calamitate digno clamor exoritur, & ad subveniendum properabant: neq; jam vitæ parcendum rati, neq; viribus temperandum, amisso eo cujus gratia cautissimi videbantur: mature autem hoc Tito quidam nunciat. Et ille (namq; casu in tabernaculo quiescebat sicut a prælio redierat) exilit, templumqve curriculo petit, prohibiturus incendium, omnesqve post eum duces, & hos agmina perterrita sequebantur. Clamor autem ac tumultus erat tanto exercitu

fine ordine concitato. Cæsar autem voce simul ac dextera pugnantibus signo dato, ignem jubebat extingvi. Sed neqve vox ejus audiebatur, quod aures eorum major clamor obstrueret, nutumq; dexteræ non attendebant, cum alios bellum, alios ira distraheret. Introcurrentium vero agminum impetum, non præcepta neqve interminationes continebant: sed quo furor eos duceret, sequebantur. Adipsos autem introitus conferti, multi quidem sese invicem conculcabant: multi vero ardentibus adhuc & fumantibus porticuum incidentes ruinis, eadem quæ victi patiebantur. Cum vero ad templum accessissent, edicta quidem Cæsaris non audire simulantes, præcedentem quisqve ut ignem immitteret hortabatur: seditiosis autem jam subveniendi quidem spes nulla erat, sed fuga & cædes omnia possidebat. Magna vero populi multitudo invalida & inermis, ubicunqve occupati fuerant, interficiebantur. Et circum aram quidem ingens mortuorum numerus congerebatur: per gradus vero templi, & sangvis multus profluebat, & eorum corpora, qui supra ceciderant delabebantur. Cæsar autem ubi neqve impetum insanientium militū continere poterat, & flamma dominabatur, intro cum rectoribus ingressus, & sanctum templi, & qvæcunqve illic erant aspexit, ea quidem quæ apud alienigenas erant fama meliora, jactatione vero & opinione domestica non minora. Cum autem flamma nondum ex ulla parte ad interiora penetrasset: nec membra, qvæ circum templum erant depasceretur, qvod erat verum, existimans adhuc illud posse servari, & ipse prosiluit, militesq; rogare, ut ignem restingverent conabatur: & Liberalem centurionem de stipatoribus suis, fuste mulctatos, qui non obedirent jussit arcere. Illorum autem furor belliq; impetus quidam vehementior, Judæorumq; odia, & Cæsaris reverentiam & prohibentis metum superabant: plerosq; autem prædarum spes incitabat, suspicantes intus omnia pecunia referta esse: quoniam fores auro factas conspicerent. Præterea quidam miles ex his, qui intraverant, cum Cæsar ad inhibendum incendium cucurrisset, ignem jam cardinibus portæ subjecerat. tumq; subito, postqvā flamma intus apparuit, & duces cum Cæsare discedebant, & stantes extra succendere nemo prohibebat. Templum quidem hoc modo invito Tito exuritur. Sed qvamvis hoc multum qvis defiendum putet, ut opus omnium qvæ audivimus, aut vidimus maxime admirabile, tam extructionis genere, qvam magnitudinis, itemq; munificentiæ in singulis rebus, & gloriæ quæ de sanctis habebatur, maximum tamen ex fato capiet solatium: quod ut animalibus, ita operibus locisqve fatum sit ineluctabile. Mirabitur autem in eo etiam circumacti temporis rationem & fidem. Nam

ἀτάκτως κεκινημένης. ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ τῇ τε φωνῇ καὶ τῇ δεξιᾷ, διεσημαίνετο τοῖς μαχομένοις τὸ πῦρ σβεννύειν. ὅτι δ' οὐ βοῶντος ἤκουον, μείζονι κραυγῇ τὰς ἀκοὰς παρατειλημμένοι, καὶ τῇ νόμῃ τὰ χειρὸς οὐ προσέχοντες, οἱ μὲν τοῦ πολεμεῖν, οἱ δ' ὀργῇ παρεισπίπτοντες. τῶν δ' ἐπιόντων ἔτι τὰς ἐντολὰς οὐδὲν ἦν διαφορά, οὐδὲ τοῖς ἐπιοῦσιν ἐξῆν τὰ στῶν ἐμπίπτοντες, ἡδίονα τῶν συμφορᾶς ἐχόντων, πλησίον δ' ἢ ναοῦ γινόμενοι, τὰ μὲν ὑπ' Καίσαρος ἀγγελμάτων προσεποιοῦντο μηδὲ κατακοῦσαι, τὰς πυρὰ αὐτῶν δὲ τὸ πῦρ ἐνιέναι παρεκελεύοντο. τῶν δὲ σωμασῶν, ἀμηχανία μὲν λοιμοῦ ἦδη δ' βοηθεῖν φόνου δὲ πανταχοῦ καὶ τροπῆς. τοῦ δὲ πλέον ὑπὸ δήμου, λαὸς ἀθεώρητος καὶ ἄνοπλος, ὅπου καταληφθείη τις ἀπισφάττειν. καὶ πολὺ μὲν τὸν βωμὸν, πλήθους ἐσωθοῦντος νεκρῶν. κατὰ δὲ τὰ βωμοῦ βάθρων, αἷμα τε ἐρρεῖ πολύ, καὶ τὰ τῶν φονευομένων σώματα κατωλισθαινε. καίσαρ δὲ, ὡς ἔτι τὰς ὁρμὰς ἐνθουσιώντων τῶν στρατιωτῶν παλαίειν εἶδε τὸ λοιπὸν, καὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει, παρελθὼν μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἔνδον, ἐθεάσατο δὲ ναοῦ τὸ ἅγιον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, πολὺ μὲν τοῦ φθόνου τοῖς ἀλλοφύλοις φήμης ἀμείνω· δὲ καὶ πρὸς τοῖς οἰκείοις δόξης οὐκ ἐλάττω. τῆς φλογὸς δὲ ἀδέπω διϊκνουμένης ἀδὰ μέθεν ἔσω, τὸν δὲ θεὸν ναὸν οἴκου νεμομένης νομίσας, ὅπερ λοιπὸν, ἔτι σωζόντων τὰ ἔργα διώκειν, παρεκάλει, καὶ αὐτός τε φθάσας τοὺς στρατιώτας ἐπέρᾶτο τὸ πῦρ σβεννύειν, καὶ λιβεράλιον ἑκατοντάρχην τῶν αὐτοῦ λογχοφόρων ξύλοις παίοντας ἀπεδίωξεν, σκέλδυσεν ἔργον. τῶν δὲ καὶ τῶν παρεστώτων αἰδῶ, καὶ τὸ δοκοῦν κωλύοντος φόβου, ἑνὶ μὲν τῷ θυμοὶ, καὶ τὸ παρὸν ἰσθμίας μίσου, καὶ πολεμικὴ τις ἕρμη λαβροτέρα. τοὺς δὲ πολλοὺς ἐνῆγε ἁρπαγῆς ἐλπὶς, δόξαν τε ἐχόντας, ὡς πάνδου ἅπαντα χρημάτων μεστὰ ἦν, καὶ τὰ περιξ ἐρῶντας χρυσοῦ πεποιημένα. φλογὸς δέ τις καὶ τῶν ἔσω παρεληλυθότων, σκοπιὰ ἐδόκουν τοῦ καίσαρος παρεληλυθότων, πῦρ εἰς τὰς τροφὰς ἐμβαλεῖν τὰ πύλης ἐν σκότῳ, ἐξ ἀπήνης τ' ἔνδοθεν ἐκφαινούσης φλόγος, οἵ τε ἡγεμόνες μετὰ καίσαρος ἀνεχώρουν, καὶ τὰς ἔξωθεν ὁδοὺς ὑφάπτειν σκώλυεν. ὁ μὲν ἐν ναὸς ἅτως ἄχθος καίσαρος ἐμπεπρᾶσθαι.

Κεφ. κζ.

Πολλὰ δ' ἄν τις ἐπολοφυράμενος, ἔργῳ πάντων ὧν ὄψῃ καὶ ἀκοῇ παρειληφάμεν θαυμασιώτατον, καταβασκάνης τε ἕνεκα καὶ μεγέθους, ἐπὶ πᾶσι καὶ ἕκαστον πολυτελείας, καὶ τὰ ὠφέλιμα δίκης, μεγίστου λάβοι θαυμασίου τὸ εἰμαρμένην ἀφυλον ἔσωσωτερ ἐμψύχοις, ὅτων καὶ ἔργοις καὶ τόποις. θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τὰ ἀκριβοῦς τὰ ἀκριβοῦσθαι. καὶ μέσα γοῦν, ὡς ἐφλω, καὶ ἡμέρᾳ ἐπετήρησε τὰ αὐτὸν, ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη. καὶ ἀπὸ μὲν τὰ πρώτης κτίσεως, ὃν κατέβαλεν σολομὼν ὁ βασιλεὺς, μέχρι τῆς νῦν ἀναιρέσεως, ἢ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἔτη συνάπτει χίλια ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, πρὸς δ', μῆνες ἑπτὰ, καὶ πεντεκαίδεκα ἡμέραι. ἀπὸ δὲ

& mensem, ut dictum est, eumq; diem servavit, quo primum a Babyloniis templum erat incensum. Et a prima quidem structione templi, qvā Solomon rex inchoaverat, usq; ad hoc excidiū, quod evenit secūdo anno principis Vespasiani, mille centum triginta colliguntur anni, & septem menses, ac dies quindecim.

καὶ ἢ τ ὕστερον, ἐπὶ ἔτη δὲ μάλιστα πρῶτον κύρε βασιλεύοντ ἐ-
ποίησατο ἀγλαΐ, ἕως μέχρι τ ὕστατα ἠέτ ἀπανδᾶ ἁλώ-
σεως, τριακοντατεννέα ἔτεσ ἐξακοσίοις, καὶ ἡμέραις πε-
ντεκαίδεκα πέντε.

Κεφ. κη.

Καιομένω δ ναῦ τ μὲν ἐπαπτόντων ἐπ ἁρπα-
γὴ, φόνοσ δ τ καταλαμβανομένων μυρίοσ· ὅτε
δ ἡλικίας ἐπ ἔλεοσ, ὅτ ἐντροπὴ σεμνότητ·
ἀλλὰ καὶ παιδία, καὶ γέροντες, καὶ βέβηλοι, καὶ ἱερεῖς
ὁμοίως ἀνηροῦντο, καὶ πᾶν γένοσ ἐπεξῄει πολεμίων ὁ πό-
λεμοσ ὁμοῦ τὰς τε ἱκετεύοντας & ἀμυνομένους συνήχει
δ ἠ φλοξ ὅτι πλεῖον ἐκφερομένη τοῖς τ πιπτόντων
στεναγμοῖς. ἡ μὲν μὲν τὸ ὕψοσ δ λόφε, καὶ τὸ δ
φλεγομένε μέγεθοσ ἔργε, πᾶσαν ἄν τις εἶδε καπνοῦ
πόλιν. τ δ βοῆς ἐκείνης οὐδὲν ὀπτικωτέραν δυνάμ
ἄν, ἢ μεῖζον, ἢ φοβερώτερον. τ τε γὰρ ῥωμαϊκῶν τα-
γμάτων ἀλαλαγμὸς καὶ συμφερομένων, & τῶν στασιαστῶν
πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκυκλωμένων κραυγὴ, ἅτε δ ἀπολη-
φθέντ ἄνω λαῦ, τροπῆ τε μετ ἐκπλήξεως εἰς τὰς
πολεμίας, καὶ πρὸς τὸ πάθοσ οἰμωγαί. συνεβόα δ τοῖς
ὄπτι δ λόφε, τὸ δ τῆ πόλιν πλῆθοσ. ἤδη δ πολλοὶ τὰ
λεμῷ μαρανθέντες, καὶ μεμυκότες, ὡς εἶδον τὸ δ ναῦ
πῦρ, εἰς ἀθυμίας πάλιν δ κραυγὴν εὐτύπησαν. συνήχει
δ ἅτε περαία, δ τὰ πέριξ ὄρη, βαρυτέραν ποιοῦντα
τὸν ὀρυμαγδόν. ἐπ ἴσης δ ἀθρόᾳ τὰ πάθη φοβερώτερα. τ
μέντοι δ ἱερᾶ λόφον ἐκ ῥιζῶν ἄν τις ἐδόξε ἐρᾴδεσθ, πάν-
τοθεν δ πυρὸς καταγόμενα. δαψιλέστερον δ τὸ αἷμα
δ πυρὸς εἶναι, καὶ τῶν φονευόντων, πλείους τὰς φονευ-
θείσας. ἀθαμβῶς γὰρ ἡ γῆ διεφαίνετο τ νεκρῶν, ἀλλὰ σω-
ροῖς ἐπεμβαίνοντες οἱ κραλῶ σωμάτων ὄπτι τὰς ἀμα-
φεύγοντας ἔθεον. τὸ μὲν οὖν ληϊκὸν πλῆθοσ ὡσάμενοι
τὰς ῥωμαίας, μόλις εἰς τὸ ἔξω διεκπίπτουσιν ἱερόν,
κἀκεῖθεν εἰς τὸν πόλιν. δ δημοτικὸν δ τὸ λεφθέν, ὄπτι
τὸν ἔξω σοὰν κατέφυγε.

Κεφ. κθ.

Τῶν δ ἱερέων τινὲς, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ δ ναῦ τὰς
τε ὀβελὰς, & τὰς ἕδρας αὐτῶν μολίβε πεποιημέ-
νας ἀναπτῶντες, εἰς τὰς ῥωμαίας ἠφίεσαν. αὖ-
θις δ ὡς ἄτ λεῦόν τι, & τὸ πῦρ ἐπ αὐτὰς ἀνεῤῥήγνυτ,
ὄπτι τ τοῖχον ἀναχωρήσαντες ὄντα ὀκταπήχυν τὸ εὖρος,
ἔμιμνον. δύο γοῦν τῶν ὄπτιμων παρὸν σωθῆναι, πρὸς
ῥωμαίας μεταστᾶσιν, ἢ ξυμπαρτερεῖν πρὸς τ μὴ τ ἄλ-
λων τύχαι, ἑαυτὰς ἐῤῥῖψαν εἰς τὸ πῦρ, & σὺν ναῷ συγ-
κατεφλέγησαν. μηΐρός τε υἱὸς Βελγᾶ, καὶ ἰώσηπ
δαλαίου. ῥωμαῖοι δ, μᾶλλον τὸν ὄπτι τοῖς πέριξ φει-
δὼ ποιήσαντες, δ ναῦ φλεγομένε, πάντα συνεπίπρα-
σαν, πλὴν λείψανα τῶν θυρῶν, καὶ τὰς πύλας, πλὴν
δύο, τῆς μὲν ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν, τῆς δ μεσημβρινῆς,
καὶ ταύτας ὕστερον κατέσκαψαν. ἔκαυσε δ καὶ τὰ γα-
ζοφυλάκια, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν χρημάτων πλῆθοσ,
ἄπειροι δ ἐσθῆτες, καὶ ἄλλα κειμήλια, συνελόντι
δ εἰπεῖν, πᾶς ὁ ἰουδαίων στεῶρδ πλοῦτοσ, ἀνα-
σκαλασμένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων. ἦκον δὲ καὶ
ὄπτι τὸν λοιπὸν σοὰν τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ. καταφεύ-
γει δ ἐπ αὐτὸν ὀπτὸ δ δήμου γυναῖα, καὶ παιδία,
καὶ σύμμικτοσ ὄχλοσ πλείοσ, εἰς ἑξακισχιλίους.

A A posteriore vero, quam ſecundo anno Cyri regis Aggæus fecerat, usqve ad excidium quod Veſpaſiano imperante ſuſtinuit civitas, anni ſexcenti trigintanovem, & dies quadragintaqvinq;.

CAP. XI.

De ſacerdotibus, gazophylacioq; & porticu.

CUm templum autem incenderetur, etiam quicquid in manus forte veniſſet rapiebatur, & cædes erat infinita deprehenſorum. Nec actæ fuit ætatis miſeratio, aut reverentia caſtitatis: ſed & pueri & ſenes & ſacri & profani ſimiliter interficiebantur, atqve omne genus hominum belli calamitas perſeqvebatur, unaqve ſupplices cum repugnantibus necabantur: flammaq; ulterius progrediens, cum gemitu occumbentium concrepabat. Et pro altitudine quidem collis, ardentisqve operis magnitudine, totam quis arderecrederet civitatem. Illo autem clamore nihil majus aut horribilius excogitari poteſt. Nam & Romanarum legionum fremitus erat, & ſeditioſorum ferro igniq; clauſorum clamor ingens, & populi furſum deprehenſi ad hoſtes fuga cum ſtupore, ac calamitatis conqueſtio: in colle autem conſtitutis, etiam multitudo oppidi conſonabat. Jam vero multi fame marcidi, in mortem pene luminibus clauſis, poſtqvam ignem templi videre, in queſtus interim vires clamoremqve receperunt. Reſonabat autem & trans fluvium regio & montes circumpoſiti graviorem ſonitum reddebant: & tamen erant clades acerbiores tumultu. Nam collem quidem in quo templum erat exuri radicitus quis putaret, ita undiq; flamma plenum: videbatur autem ſanguis igne largior eſſe, pluresqve interfectoribus interfecti: omnisq; terra cadaveribus tegebatur, & ſupra corpora mortuorum gradientes milites curſum fugientium ſequebantur. Latrocinalis quidem multitudo, tandem pulſis Romanis, in exterius templum, deinde in civitatem invadit. populi autem quod fuit reliqvum, in exteriorem porticum confugerat. Sacerdotum autem nonnulli primum verubus, itemq; ſedibus ſuis, quæ ex plumbo factæ erant, avulſis, in Romanos pro miſſilibus utebantur: deinde cum nihil proficerent, ignisq; in eos evomeretur, in parietem ſecedentes octo cubitis latum ibi manebant. Duo tamen ex nobilibus, cum ad Romanos transeundo ſervari poſſent, aut communem cum cæteris durare fortunam, ſemetipſos in ignem injecêre, & cum templo concremati ſunt, Meirus filius Belgæ, & Joſephus Dalæi. Romani autem, quod fruſtra ſe circum templum ædificiis parcere judicabant, cum ipſum templum arderet, omnia ſimul incendunt, & quicquid ex porticibus reliqvum erat, & portas: præter unam ex parte Orientali, alteram ex Meridiana, quamvis eas quoque poſtea funditus everterint. Quinetiam arculas, quæ gazophylacia vocantur, incendunt, in quibus magna vis erat pecuniæ, ac plurimum veſtium, aliaqve bona, & (ut breviter dicam) omnes Judæorum congeſtæ divitiæ, quod opulentiſſimus quisqve illuc totas domos exhauſerant. Venerunt autem etiam in eam quæ reſtabat unam porticum, extra templum quo confugerant ex populo mulierculæ, itemqve pueri & promiſcua multitudo, prope ad ſex hominum millia.

Sed priusquam de his Cæsar quicquam decerneret, vel ducibus imperaret, ira flagrantes milites incendunt porticum. Hinc contigit, ut alii qvum se ex flamma præcipitarent morerentur, alios ipsa corrumperet: ex tanto autem numero nemo servatus est. His causa interitus quidam pseudopropheta fuerat, qui eo die prædicaverat in civitate, quod eos in templum Deus ascendere signa salutis accepturos juberet. Multi enim a tyrannis tunc subornati prophetæ, populo denunciabant, ut expectarent Dei auxilium, quo propterea minus profugerent, & eos qui supra timorem & custodiam fierent, spes retineret. Cito autem in adversis homini persvadetur. Quod si etiam malorum instantium liberationem polliceatur qui fallit, necessario, qui ea patitur, spei totus efficitur.

πρὶν ἢ κατασεῖσαι κέλευσμα τι θεῖον αὐτοὺς ἢ καλέσαι τὰς ἡμέρας, φερόμενοι τοῖς θυμοῖς οἱ στρατιῶται, πῦρ ἐνῆκαν. φάσκοντες, ἐπινεύσεσθαι τὸν θεὸν, βοηθοῦντας αὐτοὺς ἐκ τῆς φλογὸς ἀλλοφυλίας, τοὺς δ' ἐν αὐτῇ θεωμένους ἐκ πολλῶν ὀδύνας.

CAP. XII.

De prodigiis excidiũ Hierosolymæ præcedentibus & præsagiis.

DEniqve miserabilis populus, illis quidem fallacibus Deumq; calumniantibus, credulus erat. Certis vero prodigiis & futuram solitudinem prænunciantibus, neqve attendebant animo, neqve credebant: sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dissimulavêre: modo cum supra civitatem sidus stetit simile gladio, & per annum perseveravit, cometes modo cum ante defectionem primiqve belli motus ad diem festum Azymorum populo conveniente (octavus autem dies erat Aprilis mensis) nona hora nocturna, circum aram itemqve templum tantum lumen effulsit, ut clarissimus dies putaretur: & hoc usqve ad mediam permansit horam: quod imperitis quidem bonum augurium esse videbatur: sacrorum vero peritis, prius quam eveniret, statim dijudicatum est. Eodemqve festo die etiam bos cum ad hostiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cum esset ænea atq; gravissima, & sub vesperam vix a viginti viris clauderetur, serisq; ferro vinctis obseraretur, pessulosq; altos haberet in saxeum limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta sponte patescere. His autem curriculo per custodes templi magistratui nunciatis, ascendit ille, vixq; eam potuit claudere. Verum & hoc iterum ignaris quidem signum optimum videbatur. Deum namq; bonorum portam aperuisse dicebant. Prudentiores vero templi tutamen sponte sua dissolutum iri cogitabant: & hostium donum esse, portas aperiri: solitudinemq; illo ostento signari inter se pronunciabant. Post dies autem festos diebus paucis, vicesimoprimo die mensis Maji visio quædam apparuit fidem excedens. Pro fabula autem fortasse quod dicturus sum haberetur, nisi qui viderunt superessent, & clades dignæ præsagiis secutæ fuissent. namqve ante solis occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & civitati circumfusæ. Festo autem die, quem Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum quendamqve strepitum senserunt,

Τούτοις ἀπιθοῦσι τῆς ἀπωλείας, ψευδοπροφήτης τὶς κατῆρε, κατ' ἐκείνους κηρύσσων τὴν ἡμέραν τῆς ἐπὶ τῇ πόλεως. ὡς ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβῆναι κελεύσῃ, δεξομένους τὰ σημεῖα τῆς σωτηρίας. πολλὰ δ' ἤσαν ἐγκάθετοι τῶν τυράννων τότε ὑπὸ τοῦ δήμου προφῆται, πρὸς ὠφελίαν τὴν ἀπὸ θεοῦ βοήθειαν καταγγέλλοντες, ὡς ἧττον αὐτομολοῖεν, καὶ τοὺς ἐπὶ φόβου θεοὺς καὶ φυλακῆς γινομένους, ἐλπὶς σωτηρίου. πάθημα γὰρ πρὸς ἀνθρώπου συμφορᾶς. ὅταν δὲ καὶ τῶν καταφερόντων δεινῶν ἀπαλλαγὴν ὑποσχόμενος ἐξαπατῶν παραφθῇ, τοῦτ' ὁ πάσχων ἐλπὶς γίνεται τῆς ἐλπίδος. τὸν μὲν οὖν ἄθλιον δῆμον, οἱ μὲν ἀπατεῶνες, καὶ καλῶς ἀδόκιμοι θεοί, τοιαῦτα παρέπεμπον. τοῖς δ' ἐναργέσι, καὶ σεσημασμένοις τοῖς μέλλουσιν ἐρημίαν τιθεμένοις, ἐπὶ πρόσχον, ἔτι ἀπίστουν, ἀλλ' ὡς ἐμβροντήτοις, καὶ μὴ ὄμμασι, μήτε ψυχαῖς ἔχουσι, τῶν θεοῦ κηρυγμάτων παρῆκουσαν.

ΚΕΦ. λα.

Τοσοῦτον μὲν ὅτι ὑπὲρ τοῦ πόλιν ἄσπερ ἔρημον ὄμμα ὠφθαλμήσιον, καὶ φωστῆρας ἐπὶ σκότους σημήνας. ὅτῳ δ' ἴωνικα πρὸ τῆς ἀποστάσεως, καὶ θεὸς τὸν πόλεμον κινήματος ἀθροιζομένης λαὸς πρὸς τοῦ τῶν ἀζύμων ἑορτοῦ, ὀγδόῃ δὲ μηνὸς ξανθικοῦ μηνός, κατὰ νύκτος ὥραν, τοσοῦτον φῶς περιέλαμψε τὸ βωμὸν, καὶ τὸν ναὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εὐθὺ λαμπρὰν, καὶ ὃ τοιοῦτον παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν. ἐπὶ μὲν ἀπείροις, ἀγαθὸν ἐδόκει, τοῖς δ' ἱερογραμματεῦσι, πρὸς τῶν ἀποβεβηκότων εὐθὺς ἐκρίθη. καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν βοῦς μὲν ἀχθεῖσα ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον, ἔτεκε ἀρνίον ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. ἡ δ' ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐσωτέρου, χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ στιβαρωτάτη, κλειομένη δὲ ὀλίγις μόλις ὑπ' ἀνδρῶν ἴκοσι, κατὰ μοχλοῖς μὲν ἐπηρεφέσι σιδηροδέτοις, κατὰ παπύρας δ' ἐχούσα βαθυτάτας, εἰς τὲ ἄδυτον ὀνυχοδιλωτοὺς λίθους καθειμένους, ὠφθη κατὰ νύκτος ὥραν ἕκτην, αὐτομάτως ἀνοιγομένη. θαμινταὶ δ' οἱ τοῦ ἱεροῦ φύλακες, ἠγγέλλοντο τῷ στρατηγῷ, κἀκεῖνος ἀναβὰς, μόλις αὐτὴν ἴσχυσε κλεῖσαι. πάλιν δὲ τοῖς μὲν ἰδιώταις καλλίσταν ἐδόκει τέρας. ἀνοίξαι γὰρ τὸ θεὸν αὐτοῖς τὴν τῶν ἀγαθῶν πύλην. οἱ λεπτοὶ δ', ἀνομένην αὐτομάτως καὶ ναὸν τὴν ἀσφάλειαν ἐπενόουν, καὶ πολεμίοις δῶρον ἀνοίγειν τὴν πύλην, διηπιστοῦντο ἐρημίας ἀπέφαινον ἐν ἑαυτοῖς τὸ σημεῖον. μεθ' ἣν τὴν ἑορτὴν ἡμέραν ὕστερον ὀγδόην καὶ εἰκάδι ἕκτῃ μηνὸς, φάσμα δεινὸν μόνιον ὤφθη μεγάθυστον. τερατεία δ' ἂν ἔδοξεν εἶναι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ τοῖς θεασαμένοις ἴσον ἦν, καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη τῶν σημείων τοῦ ἄξια. πρὸ δὲ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα πανταχοῦ τῆς χώρας, ἅρματα καὶ φάλαγγες ἐνόπλων, ἀφ' ὑπερτέρων τῶν νεφῶν, καὶ κυκλουμένας τὰς πόλεις. κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν, ἣ πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἐνδότερον ἱερὸν, ὥσπερ ταύτῃ ἐθος τοῖς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἀπαλαβεῖς ἔφασαν καὶ κτύπου, μετὰ δὲ

μῦ ἢ παῦται ἐκ φωνῆς ἀθρόας, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. τὸ δὲ τούτων φοβερώτερον, ἰησοῦς χαρῆτις υἱὸς ἀνανίου τῶν ἰδιωτῶν ἀγροίκου, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου, τὰ μάλιστα τῆς πόλεως εἰρηνευομένης, καὶ εὐθηνίας, ἐλθὼν εἰς τινα ἑορτὴν, ἐφ' ἣν σκηνοπηγίαν πάντας ἔθος τῷ θεῷ, καὶ τὸ ἱερὸν ἐξαπίνης ἀναβοᾶν ἤρξατο· φωνὴ ἀπ' ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνὴ ἐπὶ τὸν λαὸν πάντα. ἔτι μεθ' ἡμέραν, καὶ νύκτωρ, καὶ πάντας τοὺς συνοπαδοὺς ἐφείπετο κακηγορῶν. τῶν δὲ ἐπιφανῶν τινὲς δημοτῶν ἀγανακτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον, καὶ πολλοῖς αἰκίζονται πληγαῖς. ὁ δὲ οὐθὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθεγξάμενος, ἔτι ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παρόντας, ἃς καὶ πρότερον φωνὰς βοῶν διεπέλει. νομίσαντες δὲ οἱ ἄρχοντες, ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερον εἶναι τὸ κίνημα, τὸν ἄνδρα, ἀνάγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν ῥωμαίοις ἔπαρχον, ἔνθα μάστιξι μέχρις ὀστέων ξαινόμενος, οὐδ' ἱκέτευσεν, οὐτ' ἐδάκρυσεν· ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα τῇ φωνῇ ὀλοφυρτικῶς παρεγκλίνων, πρὸς ἑκάστην ἀπεκέκραγε πληγὴν, οἰ οἰ ἱεροσολύμοις. ὅτε δὴ ἀλβῖνος διερωτῶντος, ὅστις γὰρ ἔπαρχος ἦν, τίς εἴη, καὶ πόθεν, καὶ ἀφ' οὗ ταῦτα φθέγγοιτο, πρὸς ταῦτα μὲν οὐδ' ὁπωσοῦν ἀπεκρίνατο. τὸν δὲ ἐπὶ τῇ πόλει θρηνῶν εἶρον, οὐ διέλιπε, μέχρι καταγνοὺς μανίαν ὁ ἀλβῖνος, ἀπέλυσεν αὐτόν. ὁ δὲ τὸν μέχρι οὗ πολέμου χρόνον, οὔτε πρός τινι τῶν πολιτῶν, οὔτ' ὤφθη λαλῶν, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ὥσπερ εὐχὴν μεμελετηκὼς, οἰ οἰ ἱεροσολύμοις ἐθρήνει. ὅτε δή τινι τυπτόντων αὐτὸν ὑπημέρου κατηρᾶτο, οὔτε τοῖς τροφῆς μεταδιδοῦσιν εὐλόγει. μία δὲ πρὸς πάντας λοιδόρων ἀπόκρισις, ἡ σκυθρωπὴ κληδὼν ἐπάκρισις. μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐκεκράγει, καὶ οὔτ' ἐφ' ἑπτὰ ἔτη, καὶ μῆνας πέντε εἴρων, οὔτ' ἠμβλύνθη τὴν φωνὴν, οὔτε ἐκάμνω, μέχρις οὗ τὴν πολιορκίαν ἔργῳ τοὺς κληδόνας ἰδὼν, ἀνεπαύσατο. πρεῖ ὢν γὰρ ἐπὶ τοῖχος, οἰ οἰ, οἰ πάλιν τῇ πόλει, καὶ τῷ λαῷ, καὶ τῷ ναῷ προσφυσιον ἐβόα. ὡς δὴ τελευταῖον προσέθηκεν οἰ οἰ κἀμοὶ, λίθος ἐκ βαλλοντος σφενδόνης ἐκπεσὼν, καὶ πληγὰς αὐτὸν, θανατηφόρον κτείνει, φθεγξόμενον δὲ ἔτι τοῖς κληδόνας ἐκείνοις, τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν. ταῦτα τοῖς ἐνοῦν εὑρήσει, τὸν μὲν θεὸν ἀνθρώπων κηδόμενον, καὶ παντοίως προσημαίνοντα τῷ σφετέρῳ γένει τὰ σωτήρια, τοὺς δ' ὑπ' ἀνοίας καὶ κακιῶν αὐθαιρέτων ἀπολλυμένους. ὅπου γε ἰουδαῖοι καὶ τὸ ἱερὸν μὴ τὴν καθαίρεσιν τῆς ἀντωνίας τετράγωνον ἐποιήσαντο, ἀναγεγραμμένον ἐν τοῖς λογίοις ἔχοντες, ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν, ἐπειδὰν τὸ ἱερὸν γένηται τετράγωνον. τὸ δὲ ἐπάρσιον αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον, ἦν χρησμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἀπὸ τῆς χώρας τῆς αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης. ἔστι οἱ μὲν ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον, καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐπλανήθησαν περὶ τὴν κρίσιν. ἐθέλει δ' ἅμα τὴν πρὸ ἐπαστασιασαῖ τὸ λόγιον ἡγεμονίαν, ἀποδειχθέντος ἐπὶ ἰουδαίας αὐτοκράτορος. ἀλλὰ γὰρ ἀδύνατον ἀνθρώποις τὸ χρεὼν ἀλαφυγεῖν, οὐδὲ προορωμένοις. οἱ δὴ καὶ τὰ σημεῖα, eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ quasi proprium acceperunt, multiqve sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem plane responso, Vespasiani designabatur imperium, qui apud Judæam creatus est imperator. Sed enim homines fatum vitare non possunt, etiam si præviderint. At vero hi signorum

A postea vero subitam vocem audiere, quæ diceret, Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Jesus quidam, filius Anani, plebejus & rusticus, quadriennio prius quam bellum gereretur, in summa civitatis pace atqve opulentia, cum ad festum diem veniisset, quo ategias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos est, repente exclamare cœpit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox a quatuor ventis: Vox in Hierosolymam & templum: Vox in maritos novos novasq; nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atqve hæc inter diu noctuq; clamitans omnes civitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum insignium, adversum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multisq; verberibus afficiunt. Ille autem neqve pro se, nec ad eos qui se mulctabant, secreto quicquam loqvutus, eadem quæ prius vociferans perseverabat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis divinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanorum præfectum: ubi plagis usq; ad ossa laceratus, neq; supplex cuiquam fuit, neq; lacrymavit: sed ut poterat inclinans maxime flebiliter vocem ad singulos ictus respondebat: Veh veh Hierosolymis. Albino autem interroganti (is namq; judex erat) quis esset, vel unde ortus, aut cur ista diceret, nihil retulit. Non prius autem cessavit a luctu miseræ civitatis, donec eum Albinus furere judicatum dimisit. Ille autem ad belli usqve tempus neqve adibat quenquam civium, neqve loqui visus est: sed quotidie velut orationem quandam meditatus, Veh veh Hierosolymis, querebatur. Sed neq; imprecatus est cuiquam, cum in dies singulos mulctaretur, nec victum offerentibus bene dicebat. Sola vero ejus responsio ad omnes erat, triste præsagium. Maxime autem diebus festis vociferabatur: idq; per annos septem, & quinque menses continuos faciens neqve voce raucior fuit, neqve delassatus est, donec obsidionis tempore ipsa re perspectis auguriis ipse quievit. Supra murum enim circumiens iterum, Veh veh civitati ac fano ac populo, voce maxima clamitabat. Cum autem ad extremum addidit, veh etiam mihi, lapis tormento missus eum statim peremit, animamq; adhuc illa omnia lugentem dimisit. Hæc si quis reputet, profecto inveniet, Deum quidem hominibus consulere modisq; omnibus præmonstrare quæ sint eorum generi salutaria: ipsos autem ob dementiam suam malis voluntariis interire: quandoquidem & Judæi post Antoniam captam quadratum fanum fecerant: cum in sacris libris scriptum haberent, capiendam civitatem ac templum, si fanum quatuor angulis esset effectum. Sed quod maxime eos ad bellū excitaverat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris libris inventum, quod habiturus imperium. Id enim illi quidem interpretatione decepti sunt. Hoc autem

qvædam pro sua libidine interpretati sunt, alia contempsêre: donec patriæ excidio suaq; pernicie, eorum iniqvitas confutata est.

CAP. XIII.

De Imperio Titi, & sacerdotum interfectione.

ROmani quidem, postqvam seditiosi ad civitatem confugêre, templo itemq; omnibus circum locis ardentibus, signa in fano reposuêre contra portam Orientalem: hiq; ibi sacrificio celebrato, maximis cum clamoribus declarabant Titum Imperatorem. Usqve adeo vero prædæ satiati sunt milites universi, ut in Syria dimidio qvam pridem fuerat pretio pondus auri væniret. Ex his autem sacerdotibus, qui in templi pariete perduraverant, puer sitiens a Romanis custodibus pacem petebat, sitimq; fatebatur. Sed ubi illi tam ætatis qvam necessitatis miserti, dedêre ei dexteram, & ipse bibit, & qvam secum attulerat lagena repleta, sursum refugiens abiit ad suos: nec eum quisquam custodum assequi valuit, sed ejus perfidiæ maledicebant. Ille autem nihil se præter placita fecisse dicebat. Dexteram enim sibi datam, non ut apud ipsos remaneret, sed ut tantum descenderet, atq; ut aquam acciperet: quæ cum fecerit, in fide mansisse. Astutiam quidem propter ætatem, maxime pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta vero die sacerdotes oppressi fame descendunt, & a custodibus ad Titum perducti, ut salutem sibi concederet orabant. Ille autem veniæ quidem tempus illis præteriisse fatus, periisse vero id cujus eos gratia merito conservasset, decere autem sacerdotes interire cum templo, duci homines ad supplicium jubet. Sed tyranni cum sociis, quoniam bello undiqve tenebantur, circundatis autem usqvam erat fugæ copia, Titum ad colloqvia provocant. Ille autem pro humanitate naturali semper oppidum servare cupiens, & amicis præterea svadentibus (latrones enim jam moderatiores factos esse arbitrabantur) in parte occidua templi interioris consistit. Hic enim super Xystum erant portæ, ac pons qui civitatem superiorem templo jungebat, isqve tunc inter tyrannos ac Titum interveniebat. Multi autem militum utrinqve densi astabant: Judæi quidem circum Simonem ac Joannem suspensi spe veniæ: Romani vero ad Cæsarem speculandi studio, qualiter eos reciperet. Edicto autem dato militibus, Titus, ut & iracundiam & sagittas continerent, adhibitoq; interprete, quo argumento superior ostendebatur, prior alloqui cœpit. Etiamne saturati estis patriæ malis, ô viri? quibus neqve virtutis nostræ, neqve infirmitatis propriæ venit in mentem: sed inconsulto impetu ac furore perditis populum & civitatem simul ac templum, ipsi quoque juste perituri: qui primum quidem, postqvam vos Pompejus fortiter debellaverat, novas res affectare non destitistis, deinde etiam bellum apertum contra Romanum populum extulistis: utrumne multitudine freti? atqui parva manus vobis Romani exercitus satis restitit. Auxiliatorum fide? Et qvæ gens imperio nostro libera, Judæos præ Romanis optaret? Sed viribus corporum? Atqui scitis nobis servire Germanos. Virtute

A ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν τοῖς ἡδονῇ, ἃ δ' ἐξ ἀνοίας μέχρι τῆς ἀλώσεως τὴν πατρίδα, καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν ὀλέθρια, διὰ ἐλέγχθησαν τῇ ἀνοίᾳ.

Κεφ. λϛ.

εὗρε τόπον, οὐκίζομένων αὐτὸν ἅμα τῶν ἀγόντων. F
νόμος δ' ἐστὶ ῥωμαίοις ἐκεῖ κτείνειν τοὺς ἐπὶ κακουρ-
γίᾳ θάνατον κατεγνωσμένους. ἐπεὶ δ' ἀπηγγέλη τέ-
λος ἔχων, καὶ πάντες ἐψήφισαν, ἤρχοντο τῶν θυσιῶν,
ἃς ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις καλλιερήσαντες ἀρχαῖς, ἀ-
πῆεσαν εἰς τὸ βασίλειον. καὶ τοὺς μὲν, αὐτοὶ πρὸς δεί-
πνων ὑπεδέχοντο. τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν, ἐπέρρεπεν
ἡ τὸ οἰκεῖον αὐτῆς ἑστιάσεως ἦσαν παρασκευαί. ταύτην
γὰρ τὴν ἡμέραν, ἡ ῥωμαίων πόλις ἑώρταζεν, ἐπινίκιον
μὲν, τῆς τῶν πολεμίων στρατιᾶς, πέρας δὲ τῆς τῶν G
ἐμφυλίων κακῶν, ἀρχὴν δὲ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐδαιμονί-
ας ἐλπίδων.

Κεφ. ιθ.

Μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους, ἔτι βεβαιοτέραν τῆς
ῥωμαίων ἡγεμονίας κατάστασιν, οὐεσπασιανὸς
ἔγνω τέμενος εἰρήνης κατασκευάσαι. ταχὺ δὲ ἡ
μάλα, ἔτ' παρὰ πάντων ἀνθρωπίνης κρείττον ἐπινοίας ἐπετελέσ-
θη. τῇ γὰρ ὄντι ἐν πολλοῖς χορηγίαν δαιμονίων χρημάτων,

qvidem fortunatiſſimam terram, totas vero interfici acies hoſtiũ: & alios fugere, alios captivos duci: murosqve excellentes magnitudine machinis dirui, & caſtellorum excindi munimina, & populoſarum civitatum mœnia diſturbari, exercitumqve intra muros infundi: cædiſqve omnia loca plena, & eorum qvi manu reſiſtere non poterant preces: ignemqve templis immiſſum, ædiumqve ſuper dominos poſt multam vaſtationem everſiones: atque amnis triſtitiam, defluentis non in arva culta, neqve ad hominum vel pecorum potum, ſed per terram ex omni parte flagrantem. Hæc enim Judæi bello paſſi ſunt: ars autem & confectorum operum magnitudo, neſcientibus adhuc facta tanqvam præſentibus oſtendebant. Erat autem per ſingula pegmata captæ civitatis dux, ita ut captus fuerat ordinatus. Multæ etiam naves ſeqvebantur. Spolia vero alia qvidem paſſim ferebantur. eminebant autem ea qvæ apud Hieroſolymam in templo reperta ſunt, menſa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum ſimiliter qvidem auro factum, ſed opere commutato ab uſus noſtri conſuetudine. nam media qvidem columna baſi hærebat, tenues autem ab ea cannulæ producebantur, formatæ ad ſimilitudinem fuſcinæ, ad ſummum qvæq; in lychni ſpeciem fabricatæ. erant autẽ numero ſeptem, ſeptimi diei, qvi apud Judæos eſt, indicantes honorem. Poſt hæc autem portabatur lex Judæorum, noviſſima ſpoliorum. Deinde transibant plurimi victoriæ ſimulacra portantes, omnia ex auro & ex ebore facta. Poſt hæc Veſpaſianus prior ibat, & Titus deinde ſeqvebatur. Domitianus autem adeqvitabat, ipſe qvoqve ornatus pulchritudine, dignumqve ſpectari exhibens eqvum. Pompæ autem finis fuit Capitolini Jovis templum, qvo poſtqvam ventum eſt, conſtitere. Erat autem vetus mos patrius, operiri donec ducis hoſtium mortem qviſpiam nunciaret. Is erat Simon Gioræ, tunc inter captivos in pompa traductus: laqveo vero circundatus per forum trahebatur, quo eum ſimul cæderent qvi ducebant. Lex autem Romanis eſt, ibi necare criminum reos morte damnatos. Poſtqvam igitur eum finem vitæ habere nunciatum eſt, omniumqve favor ſecutus eſt, tunc hoſtias inchoavere. hisque ſecundo per vota ſolennia omine peractis, in palatium receſſere. Et alios qvidem epulis ipſi excepere, aliis autem omnibus domi conviviorum inſtructi erant apparatus. Hunc enim diem urbs Romana celebrabat, victoriæ qvidem in hoſtes gratulatorium, finem vero malorum civilium, & ſpei bonæ pro felicitate principium. Poſt triumphos vero, & Romani imperii firmiſſimum ſtatum, Veſpaſianus Paci templum ædificari decrevit. Itaqve mira celeritate, & qvæ hominum cogitationem ſuperaret, effectũ eſt. Magna enim divitiarũ largitate uſus,

insuper perfectis id picturæ ac figmentorum operibus exornavit. Omnia namqve in illud fanum collecta ac depositа sunt, qvorum visendorum studio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur: quomodo aliud apud alios situm esset, videre cupientes. Hic autem reposuit etiam quæ Judæorum fuerant instrumenta, his se magnifice ferens. Legem vero eorum, & penetralium vela purpurea in palatio condita servari præcepit.

ἐπὶ τῆς ἐκπλαγ κατωρθωμένοις, χαρᾶς τε ἅπαντας ἐπλήρωσε. πάντα γὰρ εἰς ἐκεῖνον τὸν νεὼν συνήχθη καὶ κατετέθη, δι' ὧν τὴν θέαν ἄνθρωποι πρότερον περὶ πάσαν ἐπλανῶντο τὴν οἰκουμένην, ἕως ἄλλο παρ' ἄλλοις ἦν κείμενον, ἰδεῖν σπουδῆς. ἀνέθηκε δ' ἐνταῦθα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Ἰουδαίων χρυσᾶ κατασκευάσματα, σεμνυνόμενος ἐπ' αὐτοῖς. τὸν νόμον αὐτῶν, καὶ τὰ πορφυρᾶ τοῦ σηκοῦ καταπετάσματα, φυλάττειν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκέλευσε.

CAP. XXV.

Herodion & Macherus a Basso capta.

IN Judæam vero legatus missus Lucilius Bassus, suscepto a Cereali Vetiliano exercitu, castellum quidem Herodion cum præsidio deditione cepit. Post autem omni manu militari collecta, multi autem in partes divisi erant, & legione decima bellum inferre Macharunti statuit. Valde enim necessarium videbatur id excindi castellum, ne multos sui munimine ad defectionē invitaret. Nam & salutis spem habitatorib. certam, & aggredientibus hæsitationem atq; formidinē natura loci præstare maxime poterat. Nā ipsum quidem quod muro cinctum est, saxosus est collis, in proceram altitudinem surgens, & ob hoc etiam capi difficilis videtur: sed ne vel accedi posset eo natura excogitarat, quæ vallibus eum ex omni parte vallaverat, qvarum altitudo oculis comprehendi non posset: nec transire erat facile, nec aggestu ulla ratione compleri possibile. Nam ea quæ ab Occidente secat vallis LX. stadiis distenditur, unde Asphaltites lacus ei limitem facit. ex hoc vero tractu ipse Macherus altissimo vertice supereminet. A Septentrione autem & Meridie, valles magnitudine quidem supradicta cingunt, similiter vero sunt inextricabiles ad oppugnationem. ejus vero vallis quæ ab Oriente est, altitudo non minor centum cubitis invenitur: monte vero ex adverso Machærunti posito terminatur. Ea loci natura perspecta rex Alexander, primus in eo castellum communivit, qvod postea Gabinius bello cum Aristobulo gesto deposuit. Herodi autem regnanti, omnibus locis dignior cura visus est, & constructione tutissima, propter Arabum præcipue vicinitatem. namque opportune situs est, eorum fines prospectans. Magno ergo locum muro amplexus ac turribus, civitatem illic fecit incolis, unde in arcem ipsam ferebat ascensus. Quin & circa ipsum verticem rursus murum ædificaverat, turresque in angulis sexagenorum cubitorum erexerat. In medio autem ambitu regiam struxerat, magnitudine simul habitationum & pulchritudine locupletem. Multas vero cisternas recipiendis aqvis abundeq; suppeditandis, locis maxime idoneis fecerat: veluti cum natura certaret, ut qvod illa situ locis expugnabile fecerat, ipse manu structis munitionibus superaret. Insuper enim & sagittarū multitudinem machinarum reposuit: & omnē apparatū excogitavit, qui habitatorib. posset magnæ

ΚΕΦ. κ.

ΕΠΙ δὲ τῆς Ἰουδαίας, πρεσβευτὴς λευκίλλος βάσσος ἐπεμφθείς, καὶ τὴν στρατιὰν ἣν παρὰ κερεαλίου οὐετιλιανοῦ παρέλαβεν, τὸ μὲν ἐν τῷ Ἡρωδείῳ φρούριον πρεσηγάγετο μετὰ τῶν ἐχόντων. μετὰ πάντα δὲ πᾶν ὅσον ἦν στρατιωτικὸν συναγαγών, πλὴν δι' ὧν ἑκὰς μέρη διῃρημένον, καὶ τῶν τάγματων τὸ δέκατον, ἔγνω στρατεύειν ὅτι μαχαιροῦντα. πάνυ γὰρ ἀναγκαῖον ἐξαιρεθῆναι τὸ φρούριον, μὴ καὶ τὴν ἐχυρότητα πολλοὺς εἰς ἀπόστασιν ἐπαγάγηται. καὶ γὰρ τοῖς κατέχουσι βεβαίαν ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ὄκνον καὶ δέος, ἡ τοῦ χωρίου φύσις εἰς ὑπερβολὴν ἰσχυρότατη.

ΚΕΦ. κα.

ΑΠ' αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ πεπερισμένον, πετρώδης ὄχθος ἐστὶν, εἰς μῆκος οὐ μεγάλου ἐγηρμένος, ὡς εἶναι καὶ διὰ τοῦτο δυσχείρωτος· μεμηχάνηται δ' ὑπὸ τῆς φύσεως εἶναι, μηδὲ προσβατὸς· φάραγξι γὰρ πάντοθεν ἀσυνόπτοις ἔχουσα τὸ βάθος περιπεφύκασι, μήτε περᾶσθαι ῥᾳδίως δυναμένοις, καὶ χωσθῆναι πανταπασιν ἀμηχάνοις. ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας προπέμπουσα, σταδίους ἑξήκοντα, πέρας αὐτῆς τὴν ἀσφαλτῖτιν παρομένη λίμνην. καὶ τοῦτο δεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ μαχαιροῦς, τὴν ὑψηλοτάτην ἔχει κορυφὴν ὑπερφυῶς ἰσχυρὰν. αἱ δ' ἀπὸ τῆς ἄρκτου καὶ μεσημβρίας φάραγγες, μεγέθει μὲν ἀπολείπονται τῆς προειρημένης, ὁμοίως δ' εἰσὶν ἀμήχανοι πρὸς ἐπιχείρησιν. τῆς δὲ πρὸς τὴν ἀνατολὴν φάραγγος, τὸ μὲν βάθος οὐκ ἔλαττον ἑκατὸν δέκα πήχεων· πέρας δὲ γίνεται πρὸς ὄρει ἀπαντικρὺ κείμενον μαχαιροῦντι. ταύτην δὲ τόπου καιρὸν τὴν φύσιν βασιλεὺς ἰουδαίων ἀλέξανδρος, πρῶτος ἐπ' αὐτῇ τειχίζει φρούριον, ὃ μὴ παύσας γαβίνιος ἀναιρεθοῦλω πολεμῶν καθεῖλεν. ἡρῴδῃ δὲ βασιλεύοντι, πάντες ἔδοξε μᾶλλον ἐπιμελείας ἄξιον εἶναι, καὶ κατασκευῆς ἐχυροτάτης, μάλιστα καὶ διὰ τῶν Ἀράβων γειτνίασιν. κεῖται γὰρ ἐν ἐπικαίρῳ πρὸς τὴν ἐκείνων γῆν ἀποβλέπον. μέγα μὲν οὖν τοῦτον τειχέσι καὶ πύργοις περιβαλών, πόλιν ἐνταῦθα κατῴκισεν, ἐξ ἧς ἄνοδος εἰς αὐτὸν ἔφερε τὴν ἀκρώρειαν. οὐ μέντοι, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτὴν ἄνω τὸν κορυφὴν τεῖχος ἐδείματο, καὶ πύργους ἐπὶ ταῖς γωνίαις ἑκατὸν ἑξήκοντα πήχεων ἀνέσησε, μέσον δ' ἦν περιβόλου, βασίλειον ὡκοδομήσατο, μεγέθει τε καὶ κάλλει τῶν οἰκήσεων πολυτελές. πολλὰς δὲ καὶ δεξαμενὰς εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος, καὶ χορηγίαν ἄφθονον, ἐν τοῖς ὑπαιθρειοτάτοις τῶν τόπων κατεσκεύασεν, ὥσπερ πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλληθείς, ἵν' αὐτὸς τὸ κατ' ἐκείνην δ' τόπου δυσάλωτον ὑπερβάληται ταῖς χειροποιήτοις ἐχυρώσεσιν. ἔτι τε γὰρ καὶ βελῶν πλῆθος, καὶ μηχανημάτων ἐγκατῆγετο, καὶ πᾶν ἐπενοήσατο ἐπιμάσασθαι τὸ φυλακὴν δυναμένον τοῖς ἐνοικοῦσι μηχά-

μηχίσης τῶν λοιῶν κἀκ τῆς φρονήσιν.

ΚΕΦ. κϛ.

Ἐπὶ φύκη δ' ἐν τοῖς βασιλείοις πήγανον, ἄξιον δὲ μεγέθους θαυμάσαι. συκῆς γὰρ ἐδαμοῦ ὕψους καὶ πάχους ἀπελείπετο. λόγος δ' ἦν ἀπὸ τῆς ἡρώδου χρόνων αὐτὸ μεμενηκέναι, καὶ μηκέτι πλεῖον ἴσως ἐμεῖναι· ἐξεκόπη δ' ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων τῶν τότε ἰουδαίων.

ΚΕΦ. κγ.

Τῆς φάραγγος ἐν τῷ κύκλῳ τὴν ἄκραν ἀπεχούσης τὴν πόλιν, βααρὰς ὀνομάζεται τις τόπος, φύσει ῥίζαν ἐμφερῆ μήλῳ λεγομένην αὐτῷ· αὐτὴ φλογὶ μὲν τὴν χροιὰν ἔοικε· ἀφεῖναι δὲ τὰς ἑαυτῆς σέλας ἀπαστράπτουσι τοῖς δ' ἁπτομένοις καὶ βουλομένοις λαβεῖν αὐτῆς, οὐκ ἔστιν ἀχείρωτος· ἀλλ' ὑποφεύγει, καὶ οὐ πρότερον ἵστησι πρὶν ἄν τις οὖρον γυναικὸς, ἢ τὸ ἔμμηνον αἷμα χέῃ καὶ αὐτός. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τότε τοῖς ἀψαμένοις ἀπόδηλός ἐστι θανάτου, εἰ μὴ τύχῃ τις αὐτὴν σκεύῃ ἐπενεγκάμενος τῇ ῥίζαν ἐκ τῆς χειρὸς ἀπηρτημένην. ἁλίσκεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἀκινδύνως, ὃς ἔστι τοιόσδε. κύκλῳ πᾶσαν αὐτὴν περιορύσσουσιν, ὡς εἶναι τὸ κρυπτόμενον τῆς ῥίζης βραχύτατον, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἀποδοῦσι κύνα, καὶ κείνου τῷ θήσαντι σφᾶς ἀκολουθῆσαι ὁρμήσαντος· ἡ μὲν ἀνάσπασις ῥᾳδίως. θνήσκει δ' ὑπὸ κύνων, ὥσπερ ἀντιδοθεὶς ὃς μέλλοντος τῷ βοτάνῃ ἀναιρήσεσθαι. φόβος γὰρ οὐδεὶς τοῖς μὴ ταῦτα λαμβάνουσιν. ἔστι δὲ μὴ τοσούτων κινδύνων, ἀλλὰ μίαν ἰσχὺν περιποιοῦσας. τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα· τοῖς ζῶσιν εἰσδύόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὐτὴ ταχέως ἐξελαύνει, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι.

ΚΕΦ. κδ.

Ῥέουσι δὲ καὶ θερμῶν ὑδάτων πηγαὶ κατὰ τόπον, πολὺ τῇ γεύσει ἀλλήλων διαφέρουσαι. πικραὶ μὲν γὰρ αὐτῶν τινές εἰσιν, αἱ δὲ γλυκύτητος ἡδεῖαν ἀπολείπουσι. πολλαὶ δὲ καὶ ψυχρῶν ὑδάτων ἀναδόσεις, ἃ μόνον ἐν τῷ χθαμαλωτέρῳ τὰς πηγὰς ἀλλήλους ἔχουσιν. ἀλλ' ὡς ἂν καὶ μᾶλλον τις θαυμάσειε· σπήλαιον γὰρ πλησίον ὁρᾷ κοιλότητι μὲν οὐ βαθεῖ, τῇ πέτρᾳ δὲ περιέχουσα ἀπεπτυγμένον. ταύτης ἄνωθεν ὥσπερ μαστοὶ δύο ἀνέχουσιν, ἀλλήλων ὀλίγῳ διεστῶτες, καὶ ψυχροτάτην μὲν ἄτερος πηγὴν, ἄτερος δὲ θερμοτάτην σκεδίδωσιν. ὧν μισγομένων, πίσσῃ λουτρὸν ἡδίονα, παντοίων τε νοσημάτων πολλῷ μᾶλλον ὑδάτων ἄκεσιν. ἔχει δὲ ὁ τόπος καὶ θεῖον, καὶ συμπαθείας μεταλλα.

ΚΕΦ. κε.

Βάσσος δὲ πάντῃ περισκεψάμενος τὸ χωρίον, ἐγγὺς ποιεῖσθαι τὴν προσοδον, χώννυς τὴν φάραγγα τὴν πρὸς τὰς ἀναπολάσεις, καὶ τὰ ἔργων εἶχετο, σπουδὴν ποιούμενος ἢ τάχος ἐξᾶραι τὰ χώματα, καὶ δι' αὐτῶν ῥᾳδίαν ποιῆσαι τὴν πολιορκίαν. οἱ δ' ἔνδον ἀπειλημμένοι τῶν ἰουδαίων, αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ξένων ἀφεμένοι, ἐκείνους μὲν ἀναγκάσειν ἔχειν ἄλλως ἐνοχλεῖν νομίζοντες, ἐν τῇ κάτω πόλει προσμένειν, καὶ τοὺς κινδύνους προεκδέχεσθαι. τὸ δὲ ἄνω φρούριον αὐτοὶ καταλαβόντες εἶχον, καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ ἰσχὺν τῆς ὀχυρότητος, καὶ προνοίᾳ τῆς σωτηρίας αὐτῶν. τεύξεσθαι γὰρ ἀφέσεως ὑπελάμβανον, εἰ τὸ χωρίον ῥωμαίοις, ἐγχειρίσαιεν. πείρᾳ δὲ πρότερον ἐβούλοντο τοὺς ὑπὲρ ἀφεύξεσθαι τὴν πολιορκίαν ἐλπίδας ἐλέγξαι. ἀφ' ὑψηλοῦ τοῦτο καὶ προθύμως ἐποιοῦντο τὰς ἐξόδους ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ τοῖς τυχοῦσι συμπλεκόμενοι πολλοὶ μὲν ἔθνησκον, πολλοὺς δὲ τῶν ῥωμαίων ἀνῄρουν.

A obsidionis præstare contemptum. Erat autem in ipsa regia ruta mirabilis magnitudinis: à nulla enim ficu vel celsitudine, vel magnitudine vincebatur. Ferebant autem eam ex Herodis temporibus perseverasse: mansissetqve ulterius profecto, sed ab Judæis qui locum ceperant excisa est. Vallis autem, qva civitas a parte Septentrionali cingitur, qvidē locus Baaras appellatur, ubi radix eodem nomine gignitur: qvæ flammæ qvidē assimilis est colore, circa vesperam vero veluti jubare fulgurans; accedentibus eamqve evellere B cupientibus facilis non est: sed tam diu refugit, nec prius manet, qvam si qvis urinam muliebrem vel menstruū sangvinem super eam fuderit. qvinetiam tunc si qvis eam tetigerit, mors certa est, nisi forte illam ipsam radicem ferat de manu pendentem. Capitur autem alio qvoqve C modo sine periculo, qvi talis est: Totam enim circumfodiunt, ita ut minimum ex radice terra sit conditum. deinde ab ea religant canem: illoqve seqvi eū a qvo relegatus est cupiente, radix qvidem facile evellitur: canis vero continuo moritur, tanqvam ejus vice a qvo herba tollenda erat, traditus. nullus enim postea accipientibus metus est. Tantis autem periculis propter unam vim capi eam operæ precium est. Nam qvæ vocantur dæmonia, pessimorum hominum spiritus, vivis immersa, eosqve necantia qvibus subventū D non fuerit: hæc cito, etiam si tantummodo admoveatur ægrotantibus, abigit. Fluunt autem ex eo loco aqvarum fontes etiam calidarum, multum inter se sapore diversi. Alii namqve amari sunt: aliis nihil dulcedinis deest. Multi autem frigidæ aqvæ ortus, non solum in humilioribus E locis fontes alternos habent: sed qvod amplius qvis miretur, in proximo qvædam spelunca cernitur, non qvidem alte cava, saxo autē imminente protecta: super hoc veluti duæ mammæ inter se paululum distantes eminent: & altera qvidem frigidissimum fontem, altera calidissimum fundit: qvi mixti lavacrum suavissimum præbent, multisqvē morbis ac vitiis salutare: maxime vero nervorum curationi conveniens: habetqve idem locus metalla sulfuris & aluminis. Bassus autem contemplatus undiqve regionem, valle Orientali repleta accessum parare statuit: opusqve inchoavit, properans aggerem qvam plurimum extollere, facilemqve per eum oppugnationem facere. Qvi vero intus F fuerant deprehensi, ab externis segregati Judæi, illos qvidem coegêre, inane vulgus esse existimantes, inferiorem observare civitatem, ac pericula priores excipere: superius vero castellum ipsi occupatum tenebant, & propter munitionis firmitatem, & ut saluti suæ consulerent. Impetraturos enim se veniam opinabantur, si locum tradidissent Romanis. Prius autem volebant spem declinandæ obsidionis experiendo convincere: ideoqve alacri animo in dies singulos excursus habebant, & cum his qvos sors obtulisset consertis manibus, multi moriebantur, multosqve Romanos interficiebant.

semper autem utrisqve ex tempore plus victoriæ captabatur: Judæis qvidem, si incautiores aggrederentur: in aggere autem positis, si improvisum excursum eorum pene septi armis exciperent. Sed non is erat finis obsidionis futurus. Res autem quædam fortuito gesta inopinatam castelli tradendi necessitatem Judæis imposuit. Erat inter obsessos juvenis & audacia ferox, & manu strenuus, Eleazarus nomine. is autem fuerat excursibus nobilis, multos egredi aggestumqve prohibere cogitans, & in præliis semper graviter Romanos afficiens: audaciaqve sua socios prosequens, impetum qvidem facilem his, periculo autem vacuum discessum efficiebat novissimus recedendo. Itaqve discreta qvodam die pugna, & utraqve parte digressa, ipse tanqvam despiciens omnes, existimans neminem tunc hostium prælium excepturum, extra portam remansit: & in muro stantes alloqvebatur tota mente illos attendens. Hanc autem opportunitatem vidit qvidam ex castris Romanorum Ægyptius, nomine Rufus: & qvod nemo speraisset, impetu facto cum ipsis eum armis repente correptum, cum hoc viso stantes in muro stupor teneret, in castra Romanorum traduxit. Postqvam vero dux nudum præcepit extendi, & in aperto constitutum, ut ex civitate conspiceretur, cædi verberibus, vehementer Judæos confudit casus juvenis, universaque civitas in fletu erat & qvestibus, unius viri clade percussa. Id ubi Bassus animadvertit, consiliorum adversus hostes hoc principium sumpsit: eorumqve miserationem augere cupiens, qvatenus coacti pro ejus salute castelli traditionem facerent, qvod speravit adeptus est. Nam ipse qvidem, velut mox Eleazarum suspensurus, crucem defigi jussit. ea vero conspecta, major castellanos dolor invasit, & ululando qverebantur, intolerabilem esse calamitatem vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos orabat, ne vel se despicerent, mortem miserrimam subiturum, sibiqve ipsis salutem præberent, postqvam jam subacti omnes Romanorum viribus fortunæ concederent. Illi autem & ejus sermone fracti, & qvod multi intus pro eo precabantur (ex magna enim & numerosa cognatione genus ducebat) & contra ingenium suum misericordia victi sunt: & qvibusdam celeriter missis colloqvebantur, castelli traditionem facere petentes, ac reddito sibi Eleazaro, sine metu dimitti. Cum autem his assensus esset dux Romanorum, multitudo civitatis inferioris, inita separatim cum Judæis cognita pactione, ipsi clam nocte aufugere statuêre. Cum vero portas aperuissent, ab his qvi deditionem promiserant, ad Bassum nuncius venit, sive invidia salutis eorum sive formidine, ne eorum fugæ causam ipsi præstarent. Sed fortissimi qvidem fugientium, qvi præcesserant, evasere. reliqvorum autem viri qvidem mille septingenti perempti sunt, mulierculæ vero & pueri

A αἰεὶ ὃ κρατῶν ὁ καιρὸς ἐῤῥᾴθει ἑκατέροις τὸ πλέον. τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, εἰ πρὸς ἀφυλακτοτέρους προσπέσοιεν. τοῖς δὲ τῶν χωμάτων περιοδομένοις, εἰ τὴν ἔκδρομὴν αὐτῶν δέχοιντο πιφεραγμένως. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτοις ἔμελλε γίνεσθαι τὸ πέρας τῆς πολιορκίας, ἔργον δέ τι πραχθὲν ἐκ συντυχίας παράλογον, τὴν παράδοσιν ἐφρουρίῳ τῷ ἀνάγκην ἐπέσηνε τοῖς Ἰουδαίοις. ἦν τις τῶν πολιορκουμένων νεανίας πλημμελῆ τιθασόν, καὶ χεῖρα δραστήριον, ἐλεάζαρος ὄνομα. γένει

B δὲ ἦν οὗτος ἐν τοῖς ἐκδρομαῖς ἐπιφανὴς τοὺς πολλοὺς ἐξιέναι καὶ κωλύειν τῷ χώσιν παραγκαλῶν, καὶ ἐν ταῖς μάχαις πολλὰ καὶ δεινὰ τοὺς ῥωμαίους ἀφιπθεὶς. τοῖς δὲ σὺν αὐτῷ πολεμίοις ἐπικρεμὴς ἐφίστατο μᾶλλον τῷ περιβόλῳ τὴν ἀπέμβασιν, ἀκίνδυνον δὲ παρέχων τὴν ἀναχώρησιν, τῷ πλάτει τῆς ἀσπίδος. καὶ δή ποτε τῆς μάχης ἀφειμένης, καὶ γεγενημένης ἀμφοτέρων ἀναχωρήσεως, αὐτὸς ἀπὸ δὴ τοῦ πρόσω ἐφρονῶν, καὶ νομίζων

C οὐκ ἂν ἔτι τῶν πολεμίων οὐδένα τότε μάχης ἄρξειν, μένων τῶν πυλῶν ἔξω, τοῖς ἄνω δὲ τείχους διελάλει, καὶ πᾶς πρὸς ἐκείνους τὴν διάνοιαν εἶχε. ὁρᾷ δὲ αὐτὸν ῥωμαϊκοῦ τις στρατιώτου ῥοῦφος ὄνομα, αἰγύπτιος, καὶ μηδενὸς ἂν προσδοκήσαντος, ἐξαίφνης ἐπιδραμὼν, σὺν αὐτῷ ἁρπάσας αὐτὸν τοῖς ὤμοις, ἕως κατῆλθε τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν ἰδόντας ἐκπλήξας, φθάνει τὸν ἄνδρα μεταθεὶς πρὸς τὸ ῥωμαίων στρατόπεδον. ὃ δὴ

D στρατηγοῦ κελεύσαντος γυμνὸν διαλαβεῖν αὐτὸν, καὶ καταστήσαντος εἰς τὸ φανερώτατον τῆς ἐκ τῆς πόλεως ἀποβλέπουσι μάστιγι αἰκίζεσθαι, σφόδρα τοὺς Ἰουδαίους τὸ πρὶν τὴν νεανίαν πάθος συνέχεεν. ἀθρόα δ' ἡ πόλις ἀνώμωξε, καὶ θρῆνος ἦν μείζων ἢ καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς συμφορὰν. τὸ δὲ συνιδὼν ὁ βάσσος τῶν πολεμίων δέχεσθαι ἐπαύσατο στρατηγημάτων, καὶ βουληθεὶς αὐτῶν ἀπιτῶναι τὸ πρόσαλγες, ἵνα βιαθῶσιν ἀντὶ τῆς

E σωτηρίας τὸν ἄνδρα παύσασθαι δ' ἔφρουρίῳ πρόδοσιν, τὴν ἐλπίδος οὐ διήμαρτεν. ὁ μὲν γὰρ πρόσθεν ἔμελλε καταπηγνύναι σταυρὸν, ὃς αὐτίκα κρεμῶν τὸν ἐλεάζαρον. τοῖς δὲ ἀπὸ δ' ἔφρουρίου τοῦτο θεασαμένοις, ὀδύνη τε πολεμία προσέπεσε, καὶ διωλύγιον ἀνώμωζον, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πάθος βοῶντες. ἐνταῦθα δὴ πάντα ἐλεάζαρος ἱκέτευεν αὐτοὺς, μήτ' αὐτὸν προϊδέσθαι ὑπομένοντα θάνατον τὸν οἰκτιστον, καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν προδοῦναι τῇ ῥωμαίων ἐξαντας ἰσχύι καὶ τύχῃ, μὴ πάντας ἤδη κεχειρωμένους. οἱ δὲ, πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους κατακλώμενοι, καὶ πολλῶν ἔνδον ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένων, ἦν γὰρ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανθρώπου συγγενείας, προδοῦναι τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς οἶκτον ἐνέδωκαν. καὶ πέμπουσι τὰς ἐξαποστειλαμένους τάχος, διελέγοντο πεῖσαι τὴν παράδοσιν ἔφρουρίου αἰτοῦντες, ἵνα ἀδεῶς ἀπαλλάττωνται, κομισάμενοι τὸν ἐλεάζαρον. δεξαμένων δὲ τῶν ῥωμαίων, καὶ τοῦ στρατηγοῦ ταῦτα, τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ κά-

G τω πόλει, τὰ γεγενημένα ἴδια τοῖς Ἰουδαίοις πρόξενοι σύμβασιν, αὐτοὶ δὲ νύκτα λαθόντες ἐγνώσαν ἀποδρᾶναι. τὰς πύλας δ' αὐτῶν ἀνοιξάντων, οἱ δὲ τῶν τὴν ὁμολογίαν πεποιημένων πρὸς τὸν βάσσον ἦκε μήνυσις, εἴτ' οὖν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς φθονησάντων. εἴτε καὶ μὴ δέος μὴ τὴν αἰτίαν αὐτοὶ λάβωσι τῆς ἐκείνων ἀποδράσεως. οἱ μὲν οὖν ἀνδρειότατοι τῶν ἐξιόντων, ἔφθασαν διεκπεσόντες καὶ διαφυγόντες. τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων, ἄνδρες μὲν ἀνῃρέθησαν, ὀκτὼ τοῖς χιλίοις ἑπτακόσιοι· γύναια δὲ καὶ παῖδες

ἠνδρα-

ἠνδραποδίσθησαν. τὰς δ' ὡς πρὸς τοὺς ὡμολογότας τὸ φρούριον ὁμολογίας, οἷόπερ καὶ δεῖν ὁ βάσσος διαφυλάττειν, αὐτούς τ' ἀφῆκε, καὶ τὸν Ἐλεάζαρον ἀπέδωκε.

A in servitium ducti. Sponsiones autem cum his qvi castellum dedidere habitas, Bassus conservandas esse ratus, & ipsos dimisit, & Eleazarum reddidit.

ΚΕΦ. κς.

Ταῦτα δ' διοικησαμένου, ἠπείγετο τὴν στρατιὰν ἄγων ἐπὶ τὴν προσαγορευόμενον ἰάρδην δρυμόν. πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὸν ἠγγέλθησαν ἠθροῖσθαι, τῶν κατὰ τὰς μαχαιρίτας πρότερον, ἐκ τε ἱεροσολύμων καὶ μαχαιρῶντος ἀποδράντων. ἐλθὼν οὖν ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ γνοὺς τὴν ἀγγελίαν οὐκ ἐψευσμένην, πρῶτον μὲν τοῖς ἱππεῦσιν ἅπαν κυκλοῦν τὸ χωρίον, ὅπως τοῖς διεκπαίειν ἐθέλουσι τῶν ἰουδαίων, ἅπερ ἡ φυγὴ γέγοναν διὰ τοὺς ἱππέας. τοὺς δὲ πεζοὺς σκέλλε δενδροτομεῖν τὴν ὕλην, εἰς ἣν καταπεφύγεσαν. καθίσαν δὲ διὰ τὸ πρὸς ἀνάγκην οἱ ἰουδαῖοι, δρᾶν τι γενναῖον, ὡς ἐκ προβόλου ἀγωνίσασθαι. τάχα δ' ἂν καὶ διαφυγόντες ἀθρόοι δὴ, καὶ μὴ βοὴς αἴραντες, ἐπέπιπτον τοῖς κεκυκλωμένοις. οἱ δ' αὐτοὺς ἐδέχοντο καρτερῶς, καὶ πολλῇ, τῶν μὲν ἀπονοίᾳ, τῶν δὲ φιλονεικίᾳ χρωμένων, χρόνου μὲν οὐκ ὀλίγου διὰ τοῦτο τῇ μάχῃ προβάντος, τέλος δ' αὐτοῖς οὐχ ὅμοιον ἀπέβη τοῖς ἀγωνισαμένοις. ῥωμαίων μὲν γὰρ δώδεκα τοὺς πάντας σωθῆναι πεσεῖν, ὀλίγους τε τρωθῆναι. τῶν ἰουδαίων δ' οὐκ ἐκ τῆς μαχῆς ταύτης οὐδεὶς διέφυγε, ἀλλ' ὄντες οὐκ ἐλάττους τρισχιλίων, πάντες ἀπέθανον, καὶ στρατηγὸς αὐτῶν ἰούδας ὁ ἔξ ἐρεῖ πως, περὶ οὗ πρότερον εἰρήκαμεν, ὅτι τάξεως ἡγούμενος τινὸς ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῶν ἱεροσολύμων, κατά τινας λαθὼν τῶν φυλάκων, ἔλαθεν ἀποφάς.

B

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπέστειλε καῖσαρ βάσσῳ, καὶ λευκίῳ μαξίμῳ, ἵνα δι' ἐκείνου σπείροιτο, κελεύων πᾶσαν γῆν ἐποδόσιμον τῶν ἰουδαίων. οὗ γὰρ κατῴκισεν ἐκεῖ πόλιν, ἰδίαν αὐτῶν τὴν χώραν φυλάττων. ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ἀπὸ τῆς στρατιᾶς διαφειμένοις, χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῶν ἱεροσολύμων σταδίους ἑξήκοντα. φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. καὶ τὰ μὲν ἰουδαίων τότε τοιαύτην ἔσχε κατάστασιν.

C

D

E

ΚΕΦ. κη.

Ἤδη δ' ἔτος τέταρτον οὐεσπασιανοῦ διέποντος τὴν ἡγεμονίαν, συνέβη τὸν βασιλέα τῆς κομαγληνῆς ἀντίοχον, μεγάλας συμφορὰς πανοικεσίᾳ περιπεσεῖν ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. κεσέννιος πέτος, ὁ τῆς συρίας ἡγεμὼν τότε καθεστηκώς, εἴτ' οὖν ἀληθεύων, εἴτε καὶ διὰ τὴν πρὸς ἀντίοχον ἔχθραν, οὐ σφόδρα γὰρ τὸ σαφὲς ἐλέγχεται, γράμματα πρὸς καίσαρα διεπέμψατο, λέγων τὸν ἀντίοχον μετὰ δόξης φανοῦς, διεγνωκέναι ῥωμαίων ἀφίστασθαι, συνθήκας πρὸς τὸν βασιλέα τῶν πάρθων πεποιημένον. δεῖν οὖν πρὸς καταλαβεῖν αὐτούς, μὴ φθάσαντας τῶν πραγμάτων ἄρξασθαι, πᾶσαν τὴν ῥωμαίων δύναμιν πολέμῳ συνταράξωσιν. ἔμελλε δὲ καῖσαρ τοιούτου μηνύματος οὕτως προσεσόντος μὴ ῥᾳθύμως ἕξειν. ἐν δὲ γειτνιάσις τῶν βασιλέων, ἐποίει τὸ πρᾶγμα μείζονος ἀξίου προνοίας. τὰ γὰρ σαμόσατα τῆς κομμαγηνῆς μεγίστη πόλις, κεῖται δὲ πρὸς τὸν εὐφράτην, ὡς εἶναι τοῖς πάρθοις ὅτι τοιοῦτον διενενόηντο, ῥᾴδιον μὲν τὴν διάβασιν, βεβαίαν δὲ τὴν ὑποδοχήν. πιστευθεὶς οὖν πέτος,

F

CAP. XXVI.

De Judæis a Basso interemptis & Judæa divendita.

His autem administratis, in saltum, qvi appellatur Jardes, ducere properabat exercitum, multi enim illuc congregati esse nunciabantur qui pridem tempore obsidionis, ex Hierosolymis & Machærunte profugerant. Ergo cum ad locum venisset, neqve falsum fuisse nuncium comperisset, primo qvidem omnem locum cum eqvitibus cingit: ut si quis Judæorum conatus fuisset evadere, fugiendi per eqvites copiam non haberet. pedites autem sylvam jussit cædere, in qvam confugerant. Hoc modo ad necessitatem adducti sunt, fortiter aliqvid faciendi, velut ex audaci certamine fortasse fugam etiam reperirent. Itaqve simul universi, & cum clamore impetu facto, in eos a qvibus cincti fuerant, irruunt. Illi autem fortiter excipiebant: multaqve his audacia, illis contentione usis, diu quidem prælium tractum est, non autem similis evenit finis pugnæ certantibus. Nam Romanorum qvidem duodecim tantum contigit occumbere, neqve multos sauciari: Judæorum vero ex illo prælio nullus evasit. Sed cum non essent pauciores tribus millibus, postrati sunt omnes: eorumqve dux Judas Jairi filius, de quo supra meminimus, qvi ordini cuidam præpositus cum Hierosolyma obsideretur, qvibus demersus fuerat cloacis, latenter effugit. Eodem vero tempore Cæsar etiam ad Liberium Maximum scripsit (erat autem procurator) ut omnẽ terram vẽderet Judæorum. nec enim civitatem in ea condidit proprium servans sibi eorum agrum. Solis autem octingentis militibus illic relictis locum dedit qvem incolerent, qvi vocatur Ammaus. distat autem ab Hierosolymis triginta stadiis. Stipendium vero ubicunqve degerent Judæis indixit: binasqve drachmas singulis annis deferre in Capitolium jussit, ita ut antehac Hierosolymorum templo pendebant. Et res qvidem Judæorum illo tempore hunc statum habebant.

CAP. XXVII.

De clade Antiochi regis & eruptione Alanorum in Armeniam.

Iam vero qvarto anno Vespasiano administrante imperium, contigit Comagenes regem Antiochum in maximas clades cum tota domo incurrere, ex causa hujusmodi. Cæsennius Petus, qvi tunc Syriam administrabat, sive re vera, seu propter inimicitias Antiochi (certum non valde patefactum est) literas ad Cæsarem misit, Antiochum dicens deficere ab Romanis cum Epiphane filio decrevisse, pactis habitis cũ rege Parthorum: propterea qve debere illos ante capere: ne si priores novas res adorti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. Non erat autem Cæsar hujusmodi nuncium ad se perlatum neglecturus. Nam vicinitas regum, majore negocium providentia dignum esse faciebat. Samosata enim Comagenes maxima civitas juxta Euphratem sita est, ut esset Partutum autem receptaculum. Fide igitur habita,

this (eo namqve id cogitavere) facillimus transitus,

& potestate sibi permissa, ut ageret qvod expedire videretur, negligendum non putavit. Subito tamen, Antiocho ejusqve sociis nihil opinantibus, in Comagenem ingressus est, ex legionibus qvidem sextam ducens, & insuper qvasdam cohortes alasque eqvitum. habebat autem auxilio reges, Chalcidicæ Aristobulum, Emesæqve Sohemum. Introitus autem illis erat sine certamine, qvod nemo indigenarum manus valebat opponere. Antiochus enim insperato perculsus nuncio, bellum qvidem contra Romanos nec cogitatione concepit. Decrevit autem, toto regno in eo qvo erat statu relicto, cum conjuge ac liberis egredi, hoc se Romanis purum ab ea suspicione qvæ sibi ingereretur probaturum esse ratus: progressusqve de civitate centum triginta propemodum stadiis, in campo tabernaculum ponit. Petus autem in Samosatam qvi eam capesserent mittit, & per eos civitatem tenebat. ipse vero cum alio milite in Antiochum ire tendebat. Non tamen rex vel ipsa necessitate adductus est adversum Romanos aliqvid bellicum gerere: sed fortunam suam qvæstus, qvidvis pati sustinebat. adolescentibus autem, belliqve peritis, viqve corporis præstantibus filiis ejus non erat facile in calamitate sine pugna durare. Itaqve ad virtutem se conferunt Epiphanes & Callinicus. Vehementi autem pugna per totam diem habita, insigni fortitudine demonstrati sunt: nullaqve parte suarum virium diminuta discedunt. Antiocho vero neque pugna hoc modo peracta manere domi tolerabile videbatur: sed abducta conjuge cum filiabus in Ciliciam fugit, atqve hoc facto militum suorum animos fregit. nam veluti desperato ab eo regno defecere, & ad Romanos se transtulere, omniumqve erat desperatio. Ergo priusqvam penitus destituerentur auxiliis, Epiphani cum cæteris servare se ex hostibus erat necessarium. fiuntqve omnes eqvites decem, qvi cum his una transgressi sunt flumen Euphratem. hinc jam sine metu profecti, cum ad Vologesem Parthorum regem venissent, non qvasi profugi despecti sunt: sed ac si fortunam pristinam retinerent, omni honore dignati sunt. Antiochum vero, ubi Tarsum Ciliciæ venit, misso centurione Petus vinctum Romam transmisit. Vespasianus autem ita regem ad se deduci non passus est: dignius esse ratus, veteris amicitiæ habere rationem, qvam belli occasione inexorabilem iracundiam servare. Itaqve jubet eiiter agenti auferri vincula, intermissaqve interim profectione Romam, apud Lacedæmonem degere: magnos vero ei pecuniæ reditus præbet, ut non modo copiose, sed etiam regie victum haberet. His Epiphanes & cæteri cognitis, qui patri ante metuebant, magna cura & inextricabili animos relaxarunt, & ipsi qvoqve spem reconciliandi cum Cæsare concepere. Cum autē etiam Vologeses de his scripsisset ad Cæsarē (nec enim qvamvis feliciter agerent, extra Romanum vivere patiebantur imperium) & cum Cæsar

καὶ λαῶν ἐξουσίαν πεφάνθαι ἃ δοκεῖ συμφέρειν, οὐκ ἐμέλλησεν. ἐξαίφνης ὃ τῶν περὶ τὸν ἀντίοχον ἠδέως προσδοκώντων, εἰς τὴν κομμαγηνὴν ἐνέβαλε· τῶν μὲν πραγμάτων ἄγων τὸ ἔκπον, καὶ πρὸς τοῦτο λέγουσι καὶ τινας ἴλας ἱππέων. συνεπάγουσι δ', καὶ βασιλεῖς αὐτῷ, τῆς μὲν χαλκιδικῆς λεγομένης Ἀριστόβουλος τῆς ἐμέσης δ' καλουμένης Σόεμος. ἐπὶ δὲ ταύτῃ τε περὶ τὴν ἐσβολὴν ἀναπαγώνιστα τῶν μὲν κατὰ τὴν χώραν, ἁπάντων ἦλθε χεῖρας ἀνταίρειν. ἀντίοχος δ' ἀγγελίας ἀδοκήτως προσπεσούσης, πόλεμον μὲν οὐδ' ὁπωσιοῦν προσεδόκησεν. ἔγνω δ' ὅμως τὴν βασιλείαν ὡς εἶχεν ὅλῃ σχήματος καταλιπών, μετὰ γυναικὸς, καὶ τέκνων ἐκπορεύεσθαι, ἵνα τοῦτο μάλιστα καθαρὸν ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἀποδείξας τῆς ἐπενεχθησομένης αἰτίας. καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκατὸν σταδίους πρὸς τοῖς εἴκοσιν εἰς τὸ πεδίον, ἐν αὐτῷ κατεσκήνωσεν. πέτος δ' ὅλῃ μὲν τὰ σαμόσατα τοὺς καταληψομένους ἀπεστέλλει, καὶ δι' ἐκείνων εἶχε τὴν πόλιν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπ' ἀντίοχον ἐπείγετο τὴν ὁρμήν. ἐπὶ μέγα δ' ἐβασιλεύς ἐδόκει τῆς ἀνάγκης προσῆχθαι πράξαί τι πρὸς ῥωμαίους πολεμικὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ τύχην ὀδυρόμενος, ὅτι δεῖ παθεῖν κατέμαθε. νέοις δ' καὶ πολέμων ἐμπείροις, καὶ ῥώμῃ σωμάτων διαφέρουσιν, ἐ ῥᾴδιον ἦν τοῖς πᾶσιν αὐτοῦ τὴν συμφορὰν ἀμαχεὶ καρτερεῖν. πρέπων δ' ἦν πρὸς ἀλκὴν ὅπλων τε καὶ καλλίνικος. σφοδρᾶς δ' τῆς μάχης καὶ παρ' ὅλην τὴν ἡμέραν γενομένης, αὐτὴ τὴν ἀνδρείαν διαπρεπῆ παρέσχον, καὶ μηδὲν ἐλαττωθεῖσαι τῇ σφετέρᾳ δυνάμει, ἑκατέρους διελύθησαν. ἀντίοχος δ' ἐδ' ὅλῃ τῇ μάχῃ τὸν κεχωρηκυῖα τὸν πρόσω, μένον ἀνεκτὸν ἔδοκει λαῶν δ' τὴν γυναῖκα, καὶ τὰς θυγατέρας, μετ' ἐκείνων ἐπεῖτο φυγὴν εἰς κιλικίαν, καὶ τοῦτο πράξας τὰ φρονήματα τῶν οἰκείων στρατιωτῶν κατέκλασεν. ὡς γὰρ ἀπεγνωσμένης ὑπ' αὐτοῦ τ βασιλείας ἀπέστησαν, καὶ πρὸς τοὺς ῥωμαίους μετέβαλλοντο, καὶ πάντων προδηλος ἦν ἀπογνωσις. πλὴν οὐδὲ πόλεως ἐρημωθείσης τῶν συμμάχων, τοῖς μὲν τὸν Ἐπιφανῆ, σώζειν αὐτοὺς ἐκ τῶν πολεμίων ἦν ἀναγκαῖον. καὶ γὰρ ἑπτὰ δέκα σύμπαντες ἱππεῖς, οἱ μετ' αὐτοῦ τὸν εὐφράτην διαβάντες. ἔνθεν ἤδη μετ' ἀδείας πρὸς τ βασιλέα τῶν πάρθων Βολογέσην κομισθέντες, οὐχ ὡς φυγάδες ὑπεδέχθησαν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὴν παλαιὰν ἔχοντες εὐδοκιμοῦσαν, πάσης τιμῆς ἠξιώθησαν. ἀντίοχος δ' εἰς ταρσὸν ἀφιγμένος τ κιλικίας, ἑκατοντάρχην πέτος ἐπιπέμψας, δεδεμένον αὐτὸν εἰς ῥώμην ἀπέστειλεν. οὐσπασιανὸς δ' οὐχ ὑπέμενεν οὕτω πρὸς αὐτ ἀναχθῆναι τ βασιλέα, τ παλαιᾶς ἀξιῶν φιλίας μᾶλλον αἰδῶ λαβεῖν, ἢ διὰ τ ἐν πολέμῳ πρόφασιν ἀπρόσμαχητον ὀργὴν διαφυλάττειν. κελεύει δὴ καθ' ὁδὸν ἔτ' ὄντας αὐτοῦ τ δεσμῶν ἀφαιρεθέντας, ἐ παρέντας τ εἰς τὸν ῥώμῃ ἄφιξιν, τὸν μὲν ἐν λακεδαίμονι διάγειν, δίδωσι τε μεγάλας αὐτῷ προσόδους χρημάτων, ὅπως μὴ μόνον ἄφθονον, ἀλλὰ καὶ βασιλικὴν ἔχοι τὴν δίαιταν. πεύσας τοῦς τὸν ἐπιφανῆ πολεμίους προτερον σφόδρα πρὸς ἐ πατρὸς δεδιόσιν, ἀνέθησαν αἱ ψυχαὶ μεγάλης καὶ δυσδιαθέτου φρονήσεως. ἔλπις δ' καὶ αὐτοῖς τῶν πρὸς καίσαρα διαλλαγῶν ἐγένετο βολογέσου πρὸς αὐτῶν ἐπιστέλλοντος, οὐδὲ γὰρ ἀδεσμεύτως ἐτέθνων ἔξω τῆς ῥωμαίων ζωῆς ἠνεμένοις. δόντος δ' καίσαρος

ἡμέρως

ἡμέρως αὐτοῖς τ ἄδειαν, εἰς χώραν παρεγένοντο, ἔτι παρὸς ὡς αὐτοὺς ἐκ τ λακεδαίμονος κατ ἐλθόντος, πάσης ἀξιούμενοι τιμῆς, κατῴκουν ἐνταῦθα.

Κεφ. κθ.

Τὸ δ τῶν ἀλανῶν ἔθνος, ὅτι μὲν εἰσι σκύθαι πρὸς τ τανάιν καὶ τὴν μαιώτιν λίμνην κατοικοῦντες, πρότερον δήπου δεδηλώκαμεν. οἵ τούτους δ τοὺς χρόνους διανοηθέντες εἰς τὴν μηδείαν, ἐς μεσογαίαν ταύτης ἐπὶ καθ' ἁρπαγὴν ἐμβαλεῖν, τῷ βασιλεῖ τῶν ὑρκανῶν διελέγοντο. τῆς παρόδου δ' ἐστὶν ἐκεῖνος δεσπότης· ἣν ὁ βασιλεὺς ἀλέξανδρος πύλαις σιδηραῖς κλεῖσαι ἐποίησε. καὶ κείνου τὴν εἴσοδον αὐτοῖς ὠδε χόντος, ἀθρόοι καὶ μηδὲν προϋπιδόντες τοῖς μήδοις ἐπιπίπτουσι, χώραν πολυάνθρωπον καὶ παντοίων ἀναμέστην βοσκημάτων διήρπαζον, μηδενὸς αὐτοῖς πολεμοῦντος ἀντίστασθαι. καὶ γὰρ ὁ βασιλεύων τ χώρας πάχορος ὑπὸ δέους εἰς τὰς δυσχωρίας ἀναφυγὼν, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ὠδε κεχωρήκει, μόλις δ παρ' αὐτῶν ἐξηύρετο τὴν τε γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς αἰχμαλώτους γενομένας ἑκατὸν δοὺς τάλαντα. μὴ πολλῆς οὖν ῥᾳστώνης ἀμαχεὶ πιόμενοι τὰς ἁρπαγὰς, μέχρι τῆς ἐρημίας προῆλθον, πάντα λεηλατοῦντες. τηνικάδε δ' αὐτῆς ἐβασίλευεν, ὃς ὑπαντιάσας αὐτοῖς, καὶ πικρὰν μὲν μάχην, ὠδε μικρὸν ἤλθεν ἐπ' αὐτῆς ζωὸς ἁλῶναι τ ὠδε τάξεως. βρόχον γὰρ αὐτῷ τις πορρωθεν ἐβαλὼν ἐμελλεν ἀπάξειν, εἰ μὴ τὴν ξίφει θᾶττον ἐκεῖνος τὸν τόνον κόψας, ἔφθη διαφυγεῖν. οἱ δ καὶ διὰ τὴν μάχην ἔτι μᾶλλον ἀγριωθέντες, τὴν μὲν χώραν ἐλυμήναντο πολὺ δ πλῆθος ἀνθρώπων, καὶ τῆς ἄλλης λείας ἄγοντες ἐξ ἀμφοῖν τῶν βασιλειῶν πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐκομίσθησαν.

Κεφ. λ.

Ἐπὶ δ τ ἰουδαίας βάσσου τελευτήσαντος, φλάβιος σίλβας διαδέχεται τ ἡγεμονίαν. καὶ τ μὲν ἄλλην ἅπασαν ὁρῶν τὸν πόλεμον κεχειρωμένην, ἓν δ μόνον ἔτι φρούριον ἀφεστηκὸς, ἐστράτευσεν ἅτε τοῦτο πᾶσαν ἐν τοῖς τόποις δύναμιν συναγαγών. καλεῖται δ τὸ μὲν φρούριον μασσάδα, προσεληλύθει δ τ κατειλημμένων αὐτὸ σικαρίων δυνατὸς ἀνὴρ ἐλεάζαρος, δυνάστου ἰούδα δ πεπαυμένου ἰουδαίων ὄχλους, ὡς πρότερον δεδηλώκαμεν, μὴ πιθομένους τοῖς ὑποκρίσεσι, ὅτι κυρίλλου τιμητὴς εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐπέμφθη. τότε γὰρ οἱ σικάριοι συνέστησαν ἅτε τοὺς ὑπακούειν ῥωμαίοις βουλομένους, καὶ πάντα πρόσω ὡς πολεμίοις προσφέροντο, καὶ τὰς μὲν κτήσεις ἁρπάζοντες, καὶ προσελαύνοντες, τὰς δ οἰκήσεις αὐτῶν πυρὶ διδόντες. ἐδόκει γὰρ ἀλλοφύλων αὐτοὺς ἔφασκον διαφέρειν, ἤτοι ἀφανῶς τὴν προσμάχητον ἰουδαίοις ἐλευθερίαν προσῳεμένους, καὶ δουλείαν αἱρετὴν τὴν ὑπὸ ῥωμαίοις ἀνωμολογηκότας. ἦν δ' ἄρα τὸ προφάσεις εἰς προκαλύμματα τὴν ὠμότητα, καὶ πλεονεξίας ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον· σαφὲς δ διὰ τῶν ἔργων ἐποίησαν. οἱ μὲν γὰρ αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως κοινωνήσαντες, καὶ τὸν πρὸς ῥωμαίους συνήραντο πόλεμον, καὶ παρ' ἐκείνων τὴν πολιτείαν χάριν πρὸς αὐτοὺς ἐλάμβανον. καίτοι τῷ ψεύδεσθαι πάλιν τὴν προφάσιν ἐξελεγχόμενοι, μᾶλλον ἐκάκουν τοὺς τὴν πονηρίαν αὐτῶν διὰ τῆς δικαιολογίας ὑπεκδύζοντας. ἦν μὲν γὰρ ὡς ὁ χρόνος ἐκεῖνος παντοδαπῆς ἐν τοῖς ἰουδαίοις πονηρίας πολύφορος, ὡς μηδὲν κακίας ἔργον ἄπρακτον καταλιπεῖν· μήθ' εἴ τις διάνοια διαπλάσειεν ἐξεληλάσθαι

his manſuete facultatem dediſſet, Romam venerunt. patre autem ad eos ex Lacedæmone ſtatim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi manſere. Alanorum autem natio, qvod qvidem Scythæ ſint, juxta flumen Tanain & Mæotides paludes ſedes habentes, jam qvodam loco memoravimus. His vero temporibus inito conſilio, ut terrã Mediam, & ulterius prædandi cauſa pervaderent, cum rege Hyrcanorum colloqvuntur. namqve is eſt illius tranſitus dominus: qvem rex Alexander ita fecerat, ut portis ferreis clauderetur. Aditu autem ſibi præbito, univerſi nihil ſuſpicantibus Medis incumbunt: eorumqve fines populoſos, omnigenumqve pecorum plenos diripiebant, cum reſiſtere nullus auderet. Nam qvi regnum ejus terræ obtinebat Pacorus, metu perculſus, in difficiliora loca refugiens, cæteris qvidem bonis omnibus ceſſerat: vix autem ab illis conjugem ac concubinas ſuas captas, datis centũ talentis redemerat. Summa ergo facultate ſine pugna prædabundi, & uſqve ad Armeniam vaſtantes omnia proceſſere. Ejus autem Tyridates rex erat. Qvi cum his obvius bello conflixiſſet, non multum abfuit qvin vivus in illa acie caperetur. Procul enim qvidam miſſo in eum laqveo circundatum tracturus fuerat, niſi celeriter gladio rupiſſet laqveum, atque ita fugiſſet. Illi autem pugna multo magis efferati, terram qvidem depopulati ſunt: magnam vero hominum multitudinem aliamqve ducentes prædam ex utroqve regno, ad ſua domicilia rediere.

CAP. XXVIII.

Apud Judæam vero mortuo Baſſo, Flavius Silva in adminiſtratione ſuccedit, & aliam qvidem terram bello ſubactam videns, unum autem adhuc rebelle ſupereſſe caſtellum, omni quæ in illis locis habebatur manu collecta, adverſus id militem movit. Nomen eſt autem caſtello Maſſada. Princeps vero ſicariorum, a qvibus fuerat occupatũ, erat vir præpotens Eleazarus, ex origine Judæ, qvi non paucis Judæis perſvaſerat, ut ante diximus, ne profeſſionem facerent, qvando cenſor Cyrenius in Judæam miſſus eſt. Tunc enim ſicarii conſpiraverunt in eos, qvi Romanis dicto audientes eſſe vellent: omniqve modo his quaſi hoſtibus utebantur, diripiendo qvidem & abigendo eorum bona, ignem vero domibus injiciendo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebant, qvi pugna etiam petendam Judæorum libertatem tanta ignavia prodidiſſent: magisqve ſe optare ſub Romanis ſervitium profeſſi eſſent. Erat autem id plane cauſatio, & crudelitatis atq; avaritiæ dicebatur obtentu: manifeſtum autem rebus effectum eſt. Nam iidem illi & defectionis ſocii fuerunt, & bellum cum Romanis communiter ſuſcepere. Cauſa vero pejor illorum in eos facta eſt: & cum mentita prior eorum refelleretur occaſio, pejus tractabant eos, qvi neqvitiæ ſuæ juſtis aſſertionibus exprobrarent. Fuit enim qvodammodo illud tempus apud Judæos omnium generum malitiæ fœcundiſſimum: ut nullum opus intermitteretur infectum: nec ſi qvis excogitando fingere voluiſſet

Excidium Maſſadæ caſtelli munitiſſimi.

haberet qvo magis novum aliqvid inveniret. Ita & privatim & communiter omnes unum erant, & exuperare alium alius tam impietate qvam iniqvitate in proximos certabant: potentes qvidem multitudinem male tractando, multitudo vero ad interitum potentium properando. Illis autem erat dominandi cupiditas, his autem vim faciendi, bonaqve locupletum diripiendi. Primi qvidem sicarii fuere iniqvitatis in propinqvos & crudelitatis autores, nullo neqve verbo indicto ad injuriam, neqve facto intentato ad exitium eorum qvibus insidiarentur penitus prætermisso. Verum & hos Joannes moderatiores esse demonstravit. Non solum enim omnes interficiebat qvi necessaria & profutura suaderent, tanqvam inimicissimos maxime cives ejusmodi impetens, sed etiam patriam malis plurimis cumulavit: qvalia facturus fuerat qvi Deum qvoque jam esset ausus impietate contemnere. Nam & mensa nefaria vescebatur, & legitimam patriamqve exterminaverat castimoniam: ut jam sit minime mirum, si mansuetudinis communionem minime servabat hominibus, qvi Dei pietatem furore contempserat. Rursus Simon Gioræ qvid mali non commisit, qvave liberorum corporum injuria temperavit, qvi eum creavere tyrannum? Qvæ vero eos amicitia, qvæve cognatio ad qvotidianas cædes non ferociores effecit? namqve alienos qvidem male tractare, inertis neqvitiæ opus esse arbitrabantur: clarissimam vero gloriam parere crudelitatem in familiarissimos existimabant. Horum furoris æmuli, etiam Idumæi fuere: illi enim sceleratissimi peremptis pontificibus, neqva pars conservaretur pietatis in Deum, totum qvod ex civitatis facie supererat, abscidere, summamqve per omnia injustitiam induxerunt: in qua illud hominum genus, qvi Zelotæ appellati sunt, viguit: qui nomen factis verum probaverunt. Omne enim malitiæ facinus æmulati sunt, nullo inæmulato, qvod ante commissum memoria tradidit, prætermisso: qvamvis nomen sibi ex bonorum æmulatione imposuissent: qvi eos qvos læderent, propter efferam sui naturam cavillando fallebant, qvi malorum qvæ maxima essent, bona ducebant. Itaqve debitum vitæ finem invenere, merita illis omnibus pœna Dei voluntate decreta. Cuncta enim qvæ natura hominis posset ferre supplicia, in eos usqve ad extremum vitæ terminum congesta sunt, qvæ variis peremptis cruciatibus pertulere. Fortasse dixerit aliqvis minora eos quam commisere perpessos, verum qva tandem digna tantis sceleribus pœna affici poterant? De illis autem qvi in eorum crudelitatem inciderunt, non est hujus temporis pro merito conqveri. Rursum igitur ad eam narrationis partem redeo, unde digressus sum. Venit enim dux Romanorum contra Eleazarum, & qvi cum eo Masadam tenebant, sicarios, exercitum ducens, & fines qvidem statim omnes obtinuit, præsidiis ubiqve locis opportunissimis collocatis: castellum autem muro circumdedit, ne qvis obsessorum fugiendi facultatem haberet, utqve custodes

ἔχειν ἄντι καμότερον ἐξελεῖν. οὗτοι ἰδίᾳ τε, καὶ κοινῇ πάντες ἐνόσουν, καὶ πρὸς ὑπερβαλεῖν ἀλλήλους ἔντι τε πρὸς τὸ θεῖον ἀσεβείας, καὶ τὸ εἰς τοὺς πλησίον ἀδικίας, ἐφιλονείκησαν. οἱ μὲν ἐν δυνατοὶ τὰ πλήθη κακῶντες, οἱ πλῆθοι δὲ τοὺς δυνατοὺς ὀλλύναι σπεύδοντες. ἦν γὰρ ἐκείνοις μὲν ἐπιθυμία τυραννεῖν· τοῖς δὲ βιάζεσθαι καὶ τὰ τῶν πλησίον ἁρπάζειν. πρῶτοι μὲν ἐν οἱ σικάριοι τὸ θρασυμοίας, καὶ τὸ πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἤρξαντο ὠμότητος, μήτε λόγον ἀῤῥητον εἰς ὕβριν, μήτ' ἔργον ἀτόλμητον εἰς ὄλεθρον τῶν ἐπιβεβουλευμένων παραλιπόντες. ἀλλὰ καὶ τούτους ἰωάννης ἀπέδειξεν ἑαυτοῦ μετριωτέρους. ὁ γὰρ μόνον ἀνῄρει πάντας, ὅσοι τὰ δίκαια καὶ συμφέροντα συνεβούλευον, καθάπερ ἐχθροὺς μᾶλλον δὲ τῆς πολιτῶν τοῖς τοιούτοις προσφερόμενος, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πατρίδα μυρίων ἐνέπλησε κακῶν, ὁπόσα πεῖσαι ἔμελλεν ἄνθρωπος ἤδη καὶ τὸ θεῖον ἀσεβεῖν τετολμηκώς. τραπέζαν τε γὰρ ἄθεσμον παρεθήκατο, καὶ τὴν νενομισμένην καὶ πατρίων ἐξεδίητησεν ἁγιείαν, ἵνα μηκέτι θαυμαστὸν εἰ τὸ πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητα καὶ κοινωνίαν οὐκ ἐτήρησεν, ὁ τὸ πρὸς θεὸν εὐσεβείας ἔτω καταμανείς. πάλιν τίνυν ὁ γιώρα αἷμων, τί κακὸν οὐκ ἔδρασεν; ἢ ποίας ὕβρεως ἐλαθέρων ἀπέσχετο σωμάτων, οἳ ἔτον ἀνέδειξαν τύραννον; ποία γὰρ αὐτοὺς φιλία, ποία δὲ συγγένεια πρὸς τοὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας φόνους, ἐχὶ θρασυτέρους ἐπίησε; τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀλλοτρίους κακῶς ποιεῖν, ἀθλίους ἔργον ἐναγῆ πανηγύρεως ἐπελάμβανον. λαμπρὸν δὲ φέρειν ἐπίδειξιν ἠγοῦντο, τὸ ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις ὠμότητα. παρημιλλήσαντο δὲ καὶ τὸ τούτων ἀπόνοιαν, ἢ τῶν ἰδουμαίων. ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μιαρώτατοι τοὺς ἀρχιερεῖς κατασφάξαντες, ὅπως μηδὲ μέρος τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας ἀφυλάκτῃ, πᾶν ὅσον ἦν λείψανον ἐπὶ πολιτικοῦ κλήματος ἐξέκοψαν, καὶ τὸ τελεωτάτην εἰσήγαγον ἀφ' πάντων ἀνομίαν. ἐν ᾗ τῶν ζηλωτῶν κληθέντων χθὼν ἤκμαζεν, οἱ τὴν προσηγορίαν τοῖς ἔργοις ἐπληθύσαν. πᾶν γὰρ κακίας ἔργον ἐξεμιμήσαντο, μηδέ ἔστι προτέρου προϋπάρχειν ἡ μνήμη θαῤῥεῖν ἐδωκεν, αὐτοὶ θαῤῥαλέοντες ἀζήλωτον κρίνοντες τὴν προσηγορίαν αὐτοῖς, ὅσα τῶν ἐπ' ἀγαθῷ ζηλουμένων ἐπέθεσαν, ἢ κατειρωνεύομενοι τὰ ἀδικημένων, ἀφ' ὧν αὐτῶν θηριώδη φύσιν, ἢ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀγαθὰ νομίζοντες. τριφανῶς προσηκον ἔκαστα τὸ τέλος ἔρεπτο, ἔ θεοῦ τὴν ἀξίαν ὅτι πᾶσιν αὐτοῖς πεμφείαν βεβουλευσαντος. ὅσας γὰρ ἀνθρώπου δύνα) φύσις κολάσεις ὑπομένειν, πᾶσας κατασκήψαν εἰς αὐτοὺς, μέχρι καὶ τῆς ἐσχάτης ἔ βίου τελάτης, ἐν ὑπεμειναν ἐν πολυτρόποις αἰκίαις ὀκτοθανόντες. οὐ μὰν, ἀλλὰ καὶ φαύλως εἰς αὐτοὺς ἐλάττω παθεῖν ὧν ἔδρασαν. τὸ γὰρ δικαίως ἐπ' αὐτῶν οὐ προσῆν. τοὺς δὲ ταῖς ἐκείνων ὠμότησι βεβιασμένους, οὐ δ παρόντος ἂν εἴη καιροῦ κρῖναι τὴν ἀξίαν ὀφείλοντα. πάλιν οὖν ἐπάνειμι πρὸς τὸ καταλειπόμενον μέρος τῆς διηγήσεως.

Κεφ. λα.

Ἐπὶ δὲ τὸ ἐλεάζαρον, καὶ τοὺς κατασχόντας σὺν αὐτῷ τὴν μασάδαν σικαρίους, ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς ἦκε, τὰς δυνάμεις ἄγων· καὶ τῆς μὲν χώρας ἁπάσης εὐθὺς ἐκράτει, φρουρὰς ἐν τοῖς ὀχυρωτάτοις αὐτῆς μέρεσιν ἐγκαταστήσας. τεῖχος δὲ περιέβαλε κύκλῳ πρὸς πᾶν τὸ φρούριον, ὅπως μηδενὶ τῶν πολιορκουμένων ῥᾴδιον ᾖ τὸ φυγεῖν, καὶ ἁλόντων τοὺς

τοὺς φυλάξοντας. αὐτὸς δὲ κατεσκευάσατο τόπον, ὡς μὲν πρὸς τὸν πλησίον ὄρος συνημμένον σκολιῶν, καθ' ὃν αἱ τῶν φρουρίων πέτραι τοῦ πλησίον ὄρους συνήπτοντο, ἄλλως δὲ πρὸς ἀφορμὴν τῶν ἐπιτηδείων δύσκολον. ἐκ γὰρ μόνον πόρρωθεν ἐκομίζετο, καὶ σὺν μεγάλῃ παλαιπωρίᾳ τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων ἰουδαίων. ἀλλὰ καὶ τὸ ποτὸν ἦν ἀγώγιμον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἐπεὶ πάντα μηδεμίαν ἐγγὺς πηγὴν ἀναδίδοντα. τοῦτ' ἐν πρωτοκολλησάμενος ὁ σίλλας ἐπὶ τῷ πλησίον ἐστρατοπέδευε, πολλῆς ἐπιτυχήσεως καὶ παλαιπωρίας δεομένῳ, διὰ τὴν ὀχυρότητα δὲ φρουρίου τοιοῦδε τὴν φύσιν ὑπάρχοντος. πέτραν γὰρ ὀλίγην τῇ περιόδῳ καὶ μῆκος ὑψηλὴν, πανταχόθεν περιερρῶγασι βαθεῖαι φάραγγες κάτωθεν ἐξ ἀοράτου πέρατος, κρημνώδεις δ' ὁδοὶ, καὶ πᾶσι βάσει ζώων ἀπρόσιτοι, πλὴν ὅσον κῆ δύο τόπους τῆς πέτρας, εἰς ἄνοδον οὐκ εὐμαρῆ παρεικούσης. ἔστι δὲ τῶν ὁδῶν, ἡ μὲν διὰ τοῦ ἀσφαλτίτιδος λίμνης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ πάλιν διὰ τῆς δύσεως ἧ ῥᾷον προσβῆναι. καλοῦσι δὲ τὴν ἑτέραν ὄφιν, τῇ στενότητι προσηκάσαντες, καὶ τοῖς συνεχέσιν ἑλίγμοῖς. κλάται γὰρ πρὸς τὰς τῶν κρημνῶν ἐξοχὰς, καὶ πολλάκις εἰς αὐτὸν ἀναστρέφουσα, καὶ κῆ μικρὸν αὖθις σκμηκυνομένη μόλις ψαύει τοῦ πρόσω. δεῖ δ' ὥσπερ ἀλλαχοῦ τὸ δι' αὐτῆς βαδίζοντα, τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν ἐρείδεσθαι. ἔστι δὲ καὶ τὸ παρολισθάνειν πρόδηλον· ὀλέθριον· ἑκατέρωθεν γὰρ βάθος κρημνῶν ὑποκέχυται, τῇ φοβερότητι πᾶσαν ὀπτικὴν ἐκπλήττειν δυνάμενον. διὰ τοιαύτης μὲν ἐλθόντι σταδίους τριάκοντα, κορυφὴ τὸ λοιπόν ἐστιν, οὐκ εἰς ὀξὺ πέρας συνηγμένη, ἀλλ' ὥστ' εἶναι καὶ ἄκρας ἐπιπέδου. ἐπὶ ταύτῃ πρῶτος μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ὠκοδομήσατο φρούριον ἰωνάθης, καὶ προσηγόρευσε μασσάδαν. ὕστερον δ' ἡρώδης τοῦ βασιλέως διὰ πολλῆς ἐσπουδῆς, ἡ δ' χωρίου κατασκευή. τεῖχος μὲν γὰρ ἦγαγε πρὸς πάντα τὸν κύκλον τῆς κορυφῆς ἑπτὰ σταδίων ὄντα, λευκοῦ μὲν λίθου πεποιημένον, ὕψος δὲ δώδεκα, καὶ πλάτος ὀκτὼ πήχεις ἔχον, τριάκοντα δ' αὐτοῦ καὶ ἑπτὰ πύργοι πεντήκοντα πήχεις ἀνεσηκότες, ἐξ ὧν εὐ εἰς οἰκήματα διελθεῖν πρὸς πᾶν τὸ τεῖχος ἔνδον ᾠκοδομημένα. τοῦ γὰρ κορυφοῦ πόνος καὶ πεδίου παντὸς οὔσης μαλακωτέρας, ἀνῆκεν εἰς γεωργίαν ὁ βασιλεὺς ἵν' εἴ ποτε τῆς ἔξω τροφῆς ἀπορία γένοιτο, μὴ δι' ταύτην κάμοιεν οἱ τοῦ αὐτῶν σωτηρίαν τῷ φρουρίῳ πεπιστευκότες. καὶ βασίλειον δὲ κατεσκεύασεν ἐν αὐτῷ, κατὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἑσπερίας ἀνάβασιν, ὑποκάτω μὲν τῶν τῆς ἄκρας τειχῶν πρὸς τοῦ ἄρκτου ἐγκλῖνον. δι' οὗ βασιλέως τὸ τεῖχος εὐ, ὕψει μέγα, καὶ καρτερὸν, πύργους ἔχον ἑξηκονταπήχεις ἐγγωνίους τετράρας. ἦσαν τῶν οἰκημάτων ἔνδον καὶ στοῶν καὶ βαλανείων κατασκευή, παντοία καὶ πολυτελὴς λίθου, κιόνων μὲν ἁπανταχοῦ μονολίθων ὑφεστηκότων, τοίχων δὲ καὶ ὀροφῶν τοῖς οἰκήμασιν ἐδαφῶν λίθου ποικίλου πεποικιλμένων. πρὸς ἕκαστον δὲ τῶν οἰκουμένων τούτων ἄνω τε καὶ πρὸς τὸ βασίλειον, καὶ πρὸς δὲ τείχους, πολλοὺς καὶ μεγάλους ἐπετμήκει λάκκους ἐν ταῖς πέτραις, φυλακτῆρας ὑδάτων, μηχανώμενος εἶναι χορηγίαν, ὅση τῶν ἐκ πηγῶν ἐστι χεομένοις. ὀρυκτὴ δ' ὁδὸς ἐκ δὲ βασιλείου πρὸς ἄκραν τοῦ κορυφοῦ ἀνεφέρετο, τοῖς ἔξωθεν ἀφανὴς. οὐ μέντοι οὐδὲ ταῖς φανεραῖς ὁδοῖς ἔστιν ὅτε ῥᾳδίως πολεμίους.

